¶ Syntaxis.

¶ Roberti VV.L.in florentiſſima Oxonienſi
academia laureati Opuſculum
de Syntaxi/ſiue cõſtructione
recenſitũ.xxi.
ſupra ſeſquimilleſimũ
nr̄æ ſalutis anno, Idi. Februa.

Ro.VV.L.i ſuũ Zoilũ hexaſtichõ.
Quod ſũ pollicit⁹ ꝯſulto, q̲d Lyce grũnis?
Denuo ad incudem ſi reuocetur opus.
Hoc fecit Cicero, vates hoc bilbilianus,
Hoc Auguſtinus diuus, hic atq; alij
Qñ viri illuſtres fecere hoc ad ſibi laudem
Qua frõte id vitio das ſycophãta mihi?

¶ Idẽ in eundẽ diſtichon.
Qꝫ lęta ſegete hic renouatus noſter agell⁹
Pullulat/vt videas ruperis ipſe Lyce.

HVMILIABIT CALVMNIatorem.

BIBLIOTHECA · BODLE

Robertus VVhitintonus L. Ioanni Stanbrigo ſuo olim præceptori Sal'.

Compertū habes perſpicaciſſime vir,de cōſtructione quoſdam pedeſtri oratione ſcripſiſſe.alios tamen iuſto profuſius, intricaciſſimis multipliciū diuiſionū (velut Herculei nodi)inuolucris,tenera pueroꝝ īgeniola illaqueantes:alios aūt ęquo ſuccinctius et obſcurius, arida quadā & cæca breuitate(velut latebroſis labyrinti erroribus)eadem eneruantes,ita vt vix tādem pedē efferentes emergere valeant vſpiā. Cōſtructionē legūt,pueri relegunt ,rariſſime tamen poſt longos et immenſos,tū eoꝝ,tum p̄ceptorū ſuorū ſudores ediſcūt /Adeo vt Siſyphi erūnis ſuccūbere, & onus Ethna grauius & ęſtuoſius ſuſtinere ſibi videātur grāmaticæ ad vnū gymnaſiarches Quare quū poſt longā multoꝝ expectationē huic graui oneri leuādo manū haud apponeret quiſq̄. Ipſe licet minus idoneus ,irrefragabilibus tñ meorū cōmilitonū petitionibꝰ,hāc prouinciam nō ſine probatiſſimorū & conſilijs et auxilijs,virgula(vt ſpero)diuina ſum aggreſſꝰ pietate in patriā maxime adductus.Ortus enī noſtri(vt p̄clare cēſuit Plato)partē vendicat patria , partē amici.Breuitati in hoc opuſculo ſtuduimus ꝓ Flacci monitis,in de arte enī inquit. Quicqd præcipies eſto breuis,vt cito dicta Percipiant animi dociles teneantq; fideles. Om̄e ſuꝑuacuū pleno de pectore manat.Neq; tamē adeo affectata eſt ea breuitas, vt odioſam legenti afferat obſcuritatem .licet idē alibi ſcribat.Breuis eſſe laboro, obſcurus fio.Sed ea induſtria ad Ariſtophanis(vt ferūt)lucernam illam dilucidauimus,vt interp̄tis enodatione(niſi in paucioribꝰ locis)vix indigeat.Elucidamēta tamē ſoluto ſermone huic opuſculo addidimus , nō igitur ꝙ ea diſcant pueri , ſed ſi quoſquam magis iuuat ſoluta oratio q̄ pedeſtris,vel ſi qua(forte)minus vſitata quibuſdā videant̄ ꝓbatorū authoritate cōfirmata,maiore fide cēſeant̄ non indigna . Inſultent ī me(haud dubito)nōnulli qui liuore ſuffecti,arrogantiæ crimini me potiꝰ obnoxū,q̄ pietatis ſtudio adductū ꝯdēnabūt: ꝙ priſcoꝝ monumētis/vł aliꝗd ab ijs omiſſū addere: vł ab ijs ſuꝑuacanee dictū reſecare. deniq; vel ꝙ breuiore/dilucidiore/et faciliore tramite grāmaticulos ad frugē ꝑducere ſtudui. Contra quos ꝓpugnaculū et defenſorē mihi parē neceſſum eſt. reſpōdeat ꝓ me ęquiſſimus ille Seneca. in mediū afferatur eiꝰ ſentētia: q̃ eſt naturaliū li. iiij. Veniet tēpus (inquit) quo iſta quæ nūc latent/in lucē extrahat dies: & lōgioris æui diligentia. Ad inquiſitionē tantorū vna ætas nō ſufficit. Multa venientis æui populus ignota nobis ſciet. Et veniet tempus. quo poſteri noſtri tā aperta nos neſciſſe mirētur. Sed quanq̄ tanti viri authoritas/inuidulorū garrulitatē retūdere ſatis poſſit: nō deſiſtēt tamē aꝑtis (vt aiūt) tibijs/illud mihi obijcere. nō paucos eſſe: me & eruditione/ et authoritate ſuperiores ꝗ huiuſmodi ꝓuinciæ ſuſcipiendæ multo magis ſunt idonei: fateor. Qui tn̄ quot nos in hoc opuſculo excudendo/lucubrādo/et elimādo labores/excubias/ſudores perpeſſi ſumus/vltro ſuſtineret: quis apud noſtrates reperiri pōt? Quippe ꝗ grauioribus negocyis/illuſtrioribus diſciplinis intenti: grāmatices rudimenta (tanq̄ puerilia) parui curantes laboris ꝗpiā in his cōterere: inferioris ducūt eſſe laudis et meriti Neq; ijs adhuc repreſſi e plauſtro (qđ dici ſolet) loquentes illud in me contorquent tandē haud ſatis ꝑfecte me ſcripſiſſe aſſerentes. Id qđ licet (cæteris qui me priores fuerunt abſolutiꝰ) nō inficias eo. Audiāt tamē Flaccū in de arte. Qn̄q; bonus dormitat Homerus. Audiant etiam Maronē. Nō omnia (inquit) poſſumꝰ oēs. Audiant deniq; diſertiſſimum noſtrū Priſcianū: ꝗ ꝓlogo maioris voluminis ſic ait. Nihil ꝑfectū in humanis inuētionibus. Quāto eni iuniores tāto ꝑſpicatiores ſūt hoīes. Et iuniores ſucceſſione tēporū ingrediunt̃ labores maioꝝ. Si ꝗd tamen minus ꝑfectū et omiſſum ſit: ad incudem limatius elaborandū rediturū ꝓmitto. Sed ne pluribus te detineā: exacto iā hoc opuſculo/inter cæteros eruditiſſimos: qui me ꝑcharū habēt p̄cipue mihi occurrebat tuæ authoritatis dignitas cui potiſſime hoc exiguū opuſculū dedicare de ſyderē. Quare vehemēti⁹ peto: vt q̄ tua ī me ab ipſis crepūdijs ſemper fuit pietas hoc tui alūni munuſculū ſuſcipias in tuā clientelā / & tutulam aſcribas. induatur quęſo tuo militari inſignio. Qđ ſi effectū curare digneť tua immēſa in me benignitas / quid eſt ꝙ obtrectatoꝝ inimicitias formidē? immo ſub tuo marte militāti nobis hęrbā (vt dici ſolet) dare cogētur vľ inuiti. Non deerūt (ſat noui) homeri maſtiges zoili: emūctę naris critici: q ſupcilia frōte rugoſa arcuantes: hoc opuſculū aquilinis oculis pererratū: aceto (vt diciť) pfundere: theonino dēte rodere / et thita p̄figere (q̄uis cornix ſcorpiū) neruos intendēt oēs. Rurſ⁹ neq; deerūt (ſpero) æqſſimi Quītilij / ariſtarchi / et mecenates: qui hoc opuſculū ęquo examine trutinatum creta (vt aiūt) ſunt notaturi, Exeat igiť tandē toties amicis flagitatū / tui militaris inſignij ſtēmate decoratū: hoc opuſculū in æuū (ære perennius) poſteris euoluendū. Id qđ efficiat (opto) ille a quo omne bonū / oīe validū / omne perfectū ꝓcedit. In quo q̄ fœliciſſime valeas meū dulce decus et præſidium.

¶ Stanbrigi ab ędendi formidine dehortantis Hexaſtichon.

Iſtud opus quanq̄ carpat naſutulus effrons
    Ceptam perge viam: nec iacula extimeas.
Arma parantur enim / tutus tam fortibus armis
    Militeq; inuicto (quo lubet) ipſe meas.
Quid refert (quū docta cohors tua dicta ꝓbabit)
    Latret ſi inuidulus: nil tibi obeſſe poteſt.

¶ Ad literariā Angliæ militiā Tetraſtichon.

Terſa quid externis poſtferis tui opuſcula alumni
    Anglia / an inuideas commoda tanta tuis.
Judice te / pueris ſi mille volumina voluas.
    Hoc tamen vtilius non reperitur opus.

¶ Cōtra inuidulos Hexaſtichon.

Inuide quū inuidia ringas: ego rideo. ſoli
    Pœna tibi inuidia eſt: inuidus eſto tibi.
Aeſtuat inuidia / turget pectus male ſanum.
    Eructa inuidiam. rumpe vel inuidia.
Jccirco inuidias: videas quod quæ tibi viſa
    Nolles: ne inuideas me tibe videre caue.

¶Nomina authorum quorum tutela hoc opuſculum confirmat.

Cicero. Quintilianus. Iuſtinus. Oroſius. Suetonius. hieronymus. Plinius. Valerius maximꝰ. Aulus gel. Quintꝰ curtiꝰ. Titus liuiꝰ. Valla. Saluſtius. Columella. Cornelius Tacitus. Solinus. Papinius. Pomponius mela. Florus. Macrobius. Virgilius. Horatius. Ouidiꝰ. Martialis. Statiꝰ. Iuuenalis. Terentiꝰ. Plautus. Boetius. Pacuuius. Auſonius. Claudianꝰ. Sillius. Perſiꝰ. Diomedes. Seruius. Priſcia. Sipōtinꝰ. Sulpi. Augu. dattꝰ. Niniuita. Mācinellꝰ. Ariſtoteles. ꝛc.

¶DE SYNTAXI.

VErbū cū recto caſu: quito ve cohęret
Perſona et numero: docet vt Maro
Marce doceto.

¶Verbū cū ſuo ntō ſine rctō caſu in duobus cohærere debet. pſona et nūero. vt maro docet / o marce doceto.

Cū ſubſtātiuo cōcordat mobile caſu
Et genere et nūero, bonus vt vir fœmina pulcra.

¶Adiectiuū cū ſubſtantiuo in tribꝰ cōcordare debet: in caſu / gñe / et nūero. vt bonus vir / pulcra fœmina.

¶Annotatiuncula.

Nugaciſſime contra hāc regulā inculcat quidā obiectiones: vt in illo Virgiliano Triſte lupus ſtabulis. quū ſatis patet. Lupus eſt triſte. i. triſtis res. Etiam ī illo Naſonis. et cruentiſſimꝰ æqui. i. æquitatis. de quibꝰ inferiꝰ dicemus ſuo loco.

Antea cedenti debet quadrare relatum
Subſtantis genere: & ſic perſona numeroq;.

¶Relatiuū ſubſtātis cū ſuo antecedēte in tribus concordare debet / in gñe / numero / et perſona. ¶Annotatiuncula.

¶In cantico pueroꝝ. benedicite aquæ quæ ſuper cœlos ſunt dño. relatiuum eſt tertiæ perſonæ: antecedēs ſecūdæ: contra grāmaticā. ſed Valla dicit interpretē deceptū: et non imitandum.

Cum ſubſtantiuo iungi comitante relatum
Vult contingentis / genere & caſu numeroq;.

¶Relatiuū accidentis cū ſubſtantiuo ſequente concordabit in caſu gñe / et nūero: vt ſum pallidus quales ſunt amantes.

¶Annotatiuncula.

¶Horatius. li. epodoꝝ. dicit. Incitat me pectꝰ ⁊ mammæ putres: equina quales ſunt hubera. vbi diceret qualia / ſed hoc dixit poetica licētia / ī ſoluta oratione nō imitandum.

Cum rectus ſitus eſt inter verbum atq; relatum
Subſtātis / quærens / infinitum ve erit illud
Eius quem verbum caſus poſt ſe rogitabit.
Cum interſit nullus / tunc rectus verbo erit illud.
Si impersonale eſt verbum cui iungitur, illo
Tunc caſu id ponas / quem imperſonale repoſcit.

¶Cū ntūs eſt ſitus inter relatiuū ſubſtātis interrogatiuū aut infinitum et verbū / relatiuū interrogatiuū aut infinitum erit eius caſus quē verbū poſt ſe regit. Qñ ſi ntūs inter relatiuū interrogatiuū aut infinitum ⁊ verbū interſit / tunc illud relatiuū interrogatiuū aut infinitū erit ntūs caſus verbo: ſin verbū cui relatiuum interrogatiuū aut infinitū iūgatur ſit imꝑſonale tūc relatiuū/ interrogatiuū/ aut infinitū erit eius caſus quem imperſonale poſtulat.

¶ Exceptiones.

A verbo haud ſemper/ quis/ qui/ comitante regetur.
Sed de infinito quandoq; modo comitante.
Nunc a participo/ nunc noīe/ nūcq; gerundo/
Nunc ex aduerbo/ nunc præpoſito ſibi iuncto.
Nunc fixo quadrat genere et caſu numeroq;
Ponitur et ſexto caſu quandoq; ſoluto
Intellecto ſiue expreſſo participante.

Cicero. Terentius. Cicero. Saluſtius Cicero.

¶ Hoc nomē q̄s quæ nō ſemꝑ a ꝟbo ſequēte regitur: ſed interdū ab infinitiuo modo comitante. vt apud Cice. Quibus voluiſti me agere gratias egi. Aliqñ a participio. Cicero. Quibus rebus adductus rem cauſamq; defenderim. Aliqñ a noīe Cicero. Cuiꝰ cum patre magna tibi fuit amicitia. Aliqñ a gerūdio. Teren. Que nūc narrandi nō eſt locus. Aliqñ ab aduerbio. Cicero. Cui vtrū obuiam procedā incertū eſt. Aliqñ a præpōne ſibi appoſita. Cicero. Quid dulcius ꝙ̃ habere quo cū omnia audeas ſic loqui vt tecum. Aliqñ cū ſubſtantiuo in caſu/ gñe/ et nūero: iūgitur. Saluſtiꝰ. Nos nō imperiū neq; diuitias petimus: quarū rerū cauſa/ bella ⁊ certamina oīa inter mortales ſunt. Aliqñ ponitur in ablatiuo caſu abſoluto/ expreſſo participio vel intellecto. Cicero de amicitia. Quo mortuo me ad Sceuolam contuli.

De verbo mediāte inter duos ntōs.

Si binos inter rectos numerum variorum
Qui ſpectant ad idem verbum mediū eſt id vtriuis
Cum recto quadret melius ſed proximiori.

Terentius. Propheta. Ouidius. Liuius.

¶ Quando verbū eſt mediū inter duos ntōs diuerſorū nūerorū ad idem ſpectantes/ illud verbū cū ntō vtrolibet quadrare poteſt. vt in illo Terentiano. Amantiū iræ amoris redintegratio eſt. Propheta in pſal. Mādata tua meditatio mea eſt. Ouidiꝰ meta. Gaudia principiū nr̄i ſunt Phoce doloris. Liuiꝰ de cap. iij. Captiui militum præda fuerant. Sed vſitatius et ornatius cum proximiori nominatiuo conuenit.

¶ De adiectiuo mediante inter duo ſubſtantiua.

¶ De adiectiuo mediāte inter duo ſubſtātiua.

Mobile ſi quando medium eſt inter duo fixa
Diuerſi generis/ quæ ad rem referuntur eandem
Hoc verbo eſt/ medio: debet quadrare ſequenti.
Mobile participans ſi verbi ſit/ ſimiles quod
Connectit caſus: fixo quadrabit vtriuis.

Liuius. Terentius.

¶ Quoties adiectiuū nomen eſt poſitū inter duo ſubſtantiua diuerſi generꝭ quæ ad eandem rem referuntur/ hoc verbo ſubſtantiuo eſt interpoſito: adiectiuū concordabit cū ſequenti ſubſtātiuo. vt aſinus eſt rude animal/ nō aūt rudis. Uinū eſt meus potus. Allium eſt ruſticana tiriaca. ⁊c̄. Sed quando adiectiuū illud eſt participiū alicuius verbi/ qđ ſimiles caſus copulat. vt appellatus/ viſus/ factus/ dictꝰ ⁊c̄. illud adiectiuū indifferenter cū vtrolibet ſubſtantiuo cōcordare poterit. Liuiꝰ vi. iiij. decados. Ludos megaleſia appellatos. Idem primo ab vrbe. Gēs vniuerſa veneti appellati. Idem li. ix. iij. decadis. Ludi fuerūt megaleſia appellati. Terentius. Nūc̄ æque ac modo paupertas mihi onus viſum eſt/ et miſerū ⁊ graue, Apu.iiij.metã. Fortiſſimũ ſociũ noſtrũ prorſus beſtiã factũ immittimus. Idẽ in eodẽ. Ego infœlicis rapinæ præda et mancipiũ effecta. Hierony. in Joanne. Ut autem guſtauit architriclin⁹ aquam vinũ factũ. Pli.iij.natu.hiſto.ca.v. Puteoli colonia dicæarchia dicti. Juſtin⁹ li.j. de ſemiramide. Sexũ mentita puer creditus eſt. Cice. de diuinatione.ij. Non omnis error ſtultitia eſt dicenda. Hiero. Joan.j. Et verbum caro factum eſt.

Apulei. Hieronymus. Plinius. Juſtinus. Cicero. Hiero.

Diuerſi generis ſi inter duo fixa relatum
Subſtantis medium eſt, ſi ſint cõmunia, vtriuis
Illud tunc fixo poterit quadrare relatum.
Sin propriũ eſt altrũ, huic ſemper cõiunge relatũ,

¶ De relatiuo mediãte inter duo ſbſtãtiua.

¶ Quñ relatiuũ eſt mediũ inter duo ſubſtantiua diuerſorũ gñm/ ſi appellatiua ſunt relatiuũ cũ vtrouis ſubſtantiuo cõuenire poteſt. vt apud Cice.j. tuſculanarũ q̃ſtionum. Studio ſapientiæ quæ philoſophia dr. Sin alterũ ſubſtantiuũ eſt propriũ relatiuũ cũ illo ſemper cõcordabit. Saluſtius. Eſt locus in carcere quod Tullianũ appellatur. Hoc p̃ceptũ tam Datti Aſcenſij q̃ Seruij eſt.

Cicero. Saluſtius.

Ad totum ſenſum præeuntem quando relatũ
Subſtantis referas vel mobile ponito neutro.
Singlari numero, ſic perſona quoq; terna.
Si ad varios ſenſus referas plurale erit illud.

¶ De relatiuo ⁊ adiectiuo ad totã orõnẽ p̃cedentẽ relato.

¶ Quñ relatiuũ vel adiectiuũ ad totã orationẽ præcedentẽ refertur in neutro gñe ſingulari nũero/ ⁊ tertia perſona ponetur: vt in illo Teren. Ego quoq; vna pereo/ quod mihi carius eſt. Sin ad duas vel plures orationes referatur erit pl̃alis nũeri. Cice. in epiſtolis. Vereor ne aut eripiatur a nobis cauſa regia aut deferatur quorũ vtrũ minus velim/ non facile poſſum exiſtimare. Exempla de adiectiuo: vt Saluſtius in Jugur. Nã vi quidẽ regere patriã q̃q̃ poſſis/ ⁊ delicta corrigas: tamen importunum eſt. Furtum committere/ aut furto conſentire æquo ſupplicio ſunt digna.

Terentius. Cicero. Saluſtius.

Ad totum ſenſum verbum ſi quando refertur
Vel vocem quãuis quæ ſumpta eſt materialis
Perſonæ id ternæ ſinglaris erit numeriq;
Ad varios ſenſus, vel voces materiales,
Si quando referas verbũ plurale erit illud.

¶ De v̾bo qđ ad orõnẽ præcedẽtem refertur.

¶ De v̾bo qđ ad varias orõnes refertur.

¶ Si verbũ referatur ad totã orationẽ p̃cedẽtẽ/ vel ad orationẽ quãcũq; materialiter ſumptã: verbũ erit tertiæ perſonæ ⁊ ſingularis nũeri. Salu. Fruſtra aũt niti ⁊ nihil aliud ſe fatigando/ q̃ odiũ quærere eſt extremæ dementię. A eſt vocalis. Ego eſt pronomẽ. Qđ ſi ad varias orationes: vel voces materiales referatur/ verbum erit pl̃alis nũeri. vt Bonã famam cuiq; detrahere/ aut detrahentem libẽter audire: ſunt æque damnabilia. Cicero. Quaſi enim ipſos induxi loquentes/ ne inquit et inquam ſæpius interponerentur.

Saluſtius. Cicero.

Ad totum ſenſum comitantem quando refertur.
Demonſtratiuũ ſinglari, id ponito neutro.
Si ad varios ſenſus referas, plurale erit illud.

De pronoĩe demõſtratiuo ad orõnẽ ſequẽtẽ relato.

¶ Quñ pronomẽ demõſtratiuũ ad totã orationẽ ſubſequentem refertur/ erit ſingularis nũeri et neutrius gñis. Teren. Nam id arbitror apprime eſſe vtile: vt ne qđ nimis. Quod ſi ad varias orationes referatur erit pl̃alis nũeri. Teren. An hæc placent mihi. Inuitus feci/ lex coegit.

Terentius. Idem.

Rectus vt eſſe poteſt verbo quandoq; relatum

¶ De relatiuo q̃ tã v̄bo n̄tũs caſus/ q̃ ſubſtãtiuũ adiectiuo eſt.

Sic adiectiuo fixum eſſe poteſt aliquando.

¶ Quemadmodũ relatiuũ poteſt eſſe ntũs caſus verbo: ſic pōt aliq̃n eſſe ſubſtantiuũ adiectiuo. Cicero de amicitia. Nihil enĩ ſtabile eſt quod infidum eſt.

In genere ornate neutro quandoq; reponi
Subſtantiuato ſine fixo mobile poſſit.

Terentius

¶ Adiectiuũ ſine ſubſtantiuo poſitũ/ aliq̃n nõ inuenuſte in neutro gñe ſubſtãtinato locabitur. Teren. æquũ poſtulat .i. æquitatem. et huiuſmodi adiectiuũ reſoluitur per abſtractum.

De adiectiuo in neu. gñe ſubſtantiuato.

Adiectiuum iunctum cum ſenſu nominis huius
Res, genere in neutro ſubſtantiuato aliquando
Ornate ponas, hoc nomen res remouendo.

Virgil.

¶ Adiectiuũ cũ ſignificato huius nõis res ꝯiũctũ venuſte interdũ in neutro genere ſubſtantiuato (hoc nõie res omiſſo) poni poteſt. Virg. Non omnia poſſumus oẽs.

Quum duo conueniunt fixa aut plura immediate
Quæ ſpectant ad idem caſu ponentur eodem.

Virgilius.

Appoſitio

Virgilius.

¶ Quoties duo aut plura ſubſtãtiua immediate (hoc eſt ſine cõiũctione/ aut alia parte orationis connexa) ꝯueniũt/ q̃ ad idẽ pertinẽt: in eodem caſu ponẽtur. Virg. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Delicias dñi. ⁊ accidit Appoſitio figura: q̃ eſt continua cõiunctio duorũ ſubſtantiuorũ: quorũ alterũ declarat alterũ. Virg. Nate/ meæ vires/ mea magna potentia ſolus.

¶ Annotatio.

Quanq̃ leges apud Gelliũ li. i. ca. vi. Quod genus homines linguaces appellati. vbi duo ſubſtantiua diuerſa ponuntur in eodẽ caſu. id genus loquendi eſt per figurã Antiptoſin. ꝓ cuius generis hoĩes. Leges et apud alios probos. omne gen⁹ ꝓ omnis gñis. Id genus pro eius generis. Id tp̄is. Id ætatis. ⁊c̄.

Valla.
Oroſius.
Florus
Curtius.
Virgilius

¶ An hæc oratio ſit latina. Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati. Etiam/ q̃uis ornatius (vt ſentit Valla) diceretur. duodecim millia ſignatorũ. Nã hic eſt Appoſitio/ hoĩes ſignati duodecim millia. Pau. Oroſi⁹. i. Anni duo millia. xv. Idẽ. Sexcenta millia modia frumenti acceperũt. Florus de bello ciuili macedonico. duo millia electi/ qui mori iuberentur. Curtius li. iiij. duo millia crucibus affixi. Virg. tot millia gentes Arma ferent Itali.

De partitiuo ſubſtantiuo ſequẽte. cõcordãte in genere.

Vult partitiuum partitiueq; locatum
In genere adiungi tantum fixo comitanti.

Virgilius

¶ Omne nomen partitiuũ et partitiue poſitũ/ cũ ſubſtantiuo ſequente in gñe tantũ ꝯuenire debet. vt aliq̃s viroꝝ: partitiue poſitũ/ vt diſtributiuũ. Virg. Nulla tuarũ audita mihi nec viſa ſororum. Infinitũ: vt quicunq̃ deoꝝ. Interrogatiuũ: vt q̃s hominũ. Cõparatiuũ: vt duorũ fratrũ maior eſt Manlius. Superlatiuũ: vt maxima natarum Priami. et ſic de cæteris.

¶ Annotatio.

Ariſtoteles

¶ Partitiue poſitum: vt pronoia illa. hæc volucrũ. illa ſororũ. multi ſunt pauperes quorũ ego quotidianũ victũ vix quærito. Crudeles ſũt nouercæ quarũ mea/ tua/ ſua. ⁊c̄. ſæuitia cæteris præſtet. Ariſtoteles in æthicis. Laudamus quidẽ iuuenum eos/ qui ſunt verecundi. Partitiue ponitur cõparatiuus gradus/ quoties inter duo eiuſdem generis fit comparatio. Vt manuũ fortior eſt dextera. Illud in ſacris. Fides/ ſpes/ ⁊ charitas. maior horum eſt charitas. Latinius diceretur. horũ maxima eſt charitas.

¶ Annotatio de genere partitiuorũ.

Vult partitiuum generi annecti præeunti
Si collectiuũ vel vox heteroclita ſubſit

Siue ad præcedens partitio forte relata.

¶ Quanq̃ nomẽ partitiue poſitũ cũ gtõ ſequẽti in gñe cõcordare debet. Tribus tamen modis cũ noĩe præcedẽti in gñe cõuenire põt. Primo ſi nomẽ collectiuum ſequatur. Terentius. An quiſquã gentium/eſt æque miſer vt ego. gens enim collectiuum eſt. Scđo ſi dictio heteroclita ſequatur. vt infimũ cœlorũ lunã continet. Tertio. vbi partitiuũ præcedẽs ſubſtantiuũ reſpicit. Teren. Eſt genus hominum qui ſe primos omniũ rerũ eſſe volunt. Hora. Quid agis dulciſſime rerũ. Plinius li. xi. ca. xxxvij. Villoſiſſimus animalium lupus. Pomponius mela. Aetna præcipua montium. Leo eſt fortiſſimũ animaliũ. grãmatice dr̃. Leo eſt fortiſſimus animaliũ latine proferes. vbi adiectiuum ad præcedens refertur. Et in ſacris. Et valde mane vna ſabbatorũ veniunt ad monumentũ: qđ per ſubauditionẽ excuſatur. vna. ſ. die. Quare ad virũ loquens non dicam. Quid agis dulciſſima rerũ/ neq̃ dulciſſima res/ ſed dulciſſime rerũ.

Terentius

Horatius

Plinius

Põponi⁹ mela

Singlaris rectus collecti vult aliquando
Poſt ſe ſubiungi verbum plurale venuſte
Quod cum intellecto recti non voce cohęret.

¶ De noĩe collectiuo ſingulari iuncto verbo plurali.

¶ Ntĩus caſus ſingularis noĩs collectiui verbũ p̃ale aliqñ poſt ſe ornate habere poteſt. Virg. Pars in fruſta ſecãt. Illud verbũ ſecãt nõ cum voce (qđ eſt pars) ſed cum intellecto (qđ eſt alij) cõuenit. Idem. Romana iuuẽtus cõueniunt. Hieron. in pſal. Domus Iſrael benedicite dño. Et accidit Syntheſis figura: quæ eſt attributio proprietatis (hoc eſt verbi adiectiui vel relatiui) ſub diuerſo gñe aut nũero: vni vel pluribus copulatis qđ non fit gratia vocis: ſed ſignificati. quod genus loquẽdi poetis et hiſtoricis permittitur. oratoribus parce: non eſt crebro imitandũ.

Virgilius

Idem

Hieronymus

Syntheſis figura.

Nominis interdum collecti, ſiue epicœni
Et vocis ſumptæ cuiuſuis materialis
Intellecto non voci vult mobile iungi.
Atq; relatiuũ tantum genere in numeroq;.

De adiectiuo ⁊ relatiuo cũ intellecto/ ⁊ non voce collectiui nominis epicoeni ⁊ gñis iunctis.

¶ Per eandem Syntheſin adiectiuũ (itidẽ relatiuũ) interdũ in gñe et nũero cũ intellecto/ ⁊ nõ voce noĩs collectiui/ epicœni gñis. cuiuſuis vocis materialiter ſumptæ pulcre cõuenit. vt in illo Virgiliano. Pars hoĩm validi. Anſer fœta. lep⁹ grauida. Exemplũ relatiui. Teren. Scelus qui ludificatus eſt virginem. Apu. meta. iij. Tũc vulg⁹ ignobile qđ inculta paupies cogit. Pſal. Dom⁹ Iſrael ſperauit i dño adiutor eoꝝ. ⁊c. Ter. Vbi eſt ſcel⁹ q̃ me ludificat⁹ eſt. i. ſceleſt⁹. abſtractũ ꝓ cõcreto

Virgilius.

Terentius.

Apuleius

Propheta

Teren.

Bini vel plures recti quos copula nectit,
Subiungi poſt ſe verbũ plurale repoſcunt.

¶ Duo vel plures ntĩ cõiunctione cõnexi vbũ p̃ale flagitãt. vt Virgilius et Horatius cõtẽporanei erant. et eſt Syntheſis in numero.

Copula quæ nectit duo plura ve fixa requirũt
Pluralis numeri ſibi mobile ſiue relatum.

Duo vel plura ſubſtãtiua ꝯiũctiõe ꝯnexa adiectiuũ vel relatiuũ p̃alis nũeri flagitãt vt Oreſtes ⁊ Pylades q̃ amiciſſimi fuerũt/ memoria (int̃ cętos) maxime ſunt digni.

Cum/ ſexto adiuncto: vult & vice poni aliquando.

¶ Hæc præpõ cũ (ablĩõ ſibi adiuncto) loco cõiũctionis et aliqñ ponitur. vt in illo Virg. Remus cũ fratre Quirino iura dabant. Per eandem Syntheſin.

Virgilius.

Si iungi adiectum contingat ſiue relatum
(Copula quæ nectit) varijs fixis animatis:
Quorũ aliud generis maris eſt/ aliud muliebris/
Vel neutrius: erit maris adiectum ve relatum.

De cõceptione generum.

Cicero. Uirgilius Idem.

Cõceptio figura.

¶Qñ cõtingit adiectiuũ vel relatiuũ referri ad diuerſa ſubſtantiua animata cõiunctione copulata: quorũ aliud eſt maſculini gñis. aliud fœminei vel neutri⁹: tũc adiectiuũ vel relatiuũ erit maſ. gñis. Cicero de ſomno Scipionis. Cõcil' a cætuſq; hoim iure ſociati: metaphorice dictũ. Uirg. Aſcaniumq; patrẽq; meum: iuxtaq; Creuſa. Alterũ in alterius mactatos ſanguine cernã. Idem. ſupereſt ne Creuſa? Aſcaneuſq; puer: q̄s omnes vndiq; graij: Circuerant acies. Et accidit Conceptio figura: q̄ eſt adductio indignioris ad dignius. Fit aũt gñe/nũero/et perſona. quãdo maſ. genus cõcipit fœmi. ꝛ fœmi. neu. Et qñ pl'alis nũer⁹ cõcipit ſingularẽ. Similiter prima ꝑſona cõcipit ſcdam ꝛ tertiã: et ſcda tertiam.

Si iungi adiectum contingat ſiue relatum
(Copula quæ nectit) varijs fixis animatis.
Quorũ fœminei eſt aliud/neutri eſt aliudq;/
Fœmineo pones adiectum/ſiue relatum.

¶Qñ cõtingit adiectiuũ vel relatiuũ referri ad diuerſa ſubſtãtiua animata ꝯiũctione cõnexa: quorũ aliud eſt fœ. ge. aliud neu. adiectiuũ ſiue relatiuũ erit fœ. gñis. vt ancilla et mancipiũ ſunt morigeræ eædemq; frugales.

¶Annotatio.

Lucanus.

Sulpiti⁹

Lucanus. Menſuraq; iuris/Uis erat hinc leges et plæbiſcita coactæ. ſed in his inanimatis: intelligũtur per Syntheſin res animatæ. Item in ſacris. Sol et luna obtenebrati: ſi ad intellectũ referas latine dictũ. Sin ad voces: nõ imitandũ eſt. Et vbi Sulpitius dicit veſtis et aurũ ſunt præcioſę. Latinius dixiſſet præcioſa.

Neutrũ genus ꝯcipit fœmininũ in reb⁹ inanimatis.

Diuerſis fixis ſi mobile ſiue relatum
Copula quæ nectit iungatur non animatis/
Cuiuſuis generis fuerint: plærũq; erit illud
Neutrius generis/tunc mobile ſiue relatum.

Saluſtius Terenti. Uirgil.

¶Qñ adiectiuũ vel relatiuũ iũgitur diuerſis ſubſtãtiuis nõ aĩatis ꝯiũctiõe connexis cuiuſcũq; ſunt generis vel diuerſi/vel eiuſdẽ: adiectiuũ vel relatiuũ vt plurimũ erit neu. ge. Sal. Diuitiæ/decus/gloria: in oculis ſita ſunt. Teren. Spes opeſq; in te vno ſunt ſita. Uirg. Arcum fregiſti et calamos quæ tu donata vidiſti.

Ad rectos verbum diuerſos quando refertur
Quorũ alius primæ eſt perſonæ/ aliuſq; ſecundæ
Vel ternæ verbũ in perſona ponito prima.

De cõceptione ꝑſonarũ i v̄bis

¶Quoties verbũ ad diuerſos ñtõs refertur: quorũ alius eſt primæ ꝑſonæ/alius ſcdæ vel tertiæ: verbũ erit primæ ꝑſonæ: vt tu et ego legimus. Ego et tu ſcribimus. Per conceptionem.

Ad rectos verbum diuerſos quando refertur
Quorũ alius ternæ eſt perſonæ/aliuſq; ſecũdæ/
Illud tunc verbum in perſona pone ſecunda.

¶Qñ verbũ ad diuerſos ñtõs refertur: quorũ alius eſt ſcdæ perſonæ/ali⁹ tertiæ verbũ ponetur in ſcda perſona: vt tu et ille ſcribitis.

¶De cõceptione ꝑſonarũ i relatiuis.

Quando relatiuũ fixa ad diuerſa refertur
Quorũ aliud primæ eſt perſonę/aliudq; ſecundæ
Vel ternæ, prima in perſona pone relatum.

¶Qñ relatiuũ refertur ad diuerſa ſubſtãtiua antecedẽtia: quorũ aliud eſt primæ ꝑſonæ/aliud ſcdæ vel tertiæ: relatiuũ erit primæ perſonæ. vt ego et tu q̄ ab ipſis crepũdijs amauimus non facile ab amicitia cõglutinata diuelli poſſumus.

Quando relatiuum fixa ad diuerſa refertur
Quorum aliud ternæ eſt perſonæ, aliudq; ſecundæ
Tute relatiuum in perſona pone ſecunda.

¶ Qn̄ relatiuū refertur ad diuerſa ſubſtantiua: quorū aliud eſt ſecundæ perſonæ aliud tertiæ: relatiuū erit ſecundæ perſonæ. vt tu et frater qui vterini eſtis/mutuo amare debetis.

Ad rectos verbum diuerſos quando refertur
Vel diuerſa ad fixa adiectum ſiue relatum
Interdum recto verbum tu proximiori,
Et fixo iungas adiectum ſiue relatum.

¶ Qn̄ vbū refert̄ ad diuerſos ntōs vel adiectiuū/aut relatiuū ad diuerſa ſubſtantiua: verbū qn̄qꝫ ꝓximiori ntō: ſiue adiectiuū/aut relatiuū ꝓximiori ſubſtātiuo ꝯdrabit: vt hic illius arma/hic currus fuit. Hebrei ſunt et ego. Cōtriſtatus eſt rex et oīs Hieroſolyma cū eo. Aut ego/aut tu ꝗ potior es id efficies. Et accidit zeugma: q̄ eſt reductio vni⁹ vbi vel adiectiui vel relatiui ad diuerſa ſubſtātiua.

Uirgilius.
Hieronymus.
Zeugma figura.
¶ De añcedēte poſtpoſito ſuo relatiuo.

Sæpe relatiuo poſtponitur antea cedens
Ornate caſu ſibi coniunctum ſub eodem.
Pulcrius et ſequitur, lectū eſt quandoq; præire.
In conſtructura vel idem repete antea cedens
In ve ſuum caſum ſoluas, vallenſis vt inquit.

¶ Antecedēs ſæpenſiero ſuo relatiuo poſt poſitū/ in caſu eodē ornatiſſime cōiūgitur. vt quas ad me dediſti litteras: iucūdæ fuerunt. Cicero ꝓ ligario. Sed hoc nō cōcedo: vt quibus rebus gloriemini in vobis eaſdē rep̄hendatis. Poetæ tamen et etiā oratores antecedens interdū præponūt. Uirg. Urbem quā ſtatuo veſtra eſt. Gelli. li. ij. ca. xxix. Cognati et affines operā quā dare rogati ſunt ſuperſederunt. Terentius. Eunuchum quē dediſti nobis quas turbas fecit. In ſacris hoc genus loquendi frequens. Et in cōſtructione (vt Ualla inquit). Uel idem nomē repetem⁹ vel in debitū caſum reſoluemus: vt in illo exemplo. Urbē quā ſtatuo veſtra eſt. ſic conſtruēdū eſt. ſ. vrbs/quā vrbem ſtatuo eſt veſtra. Uel ſic. Urbē. i. vrbs quā ſtatuo eſt veſtra. Et ſic in oībus alijs caſib⁹ eſt. Et ſm quoſdā accidit Antiptoſis: q̄ eſt caſus pro caſu poſitio.

Cicero.
Uirg.
Gellius.
Terentius.

Cum quis, qui, quoties (vel natis) immediate
Fixum coniunctū eſt, caſu illi iungito fixum.

¶ Quoties ſubſtantiuū immediate eſt cōiunctū cū hoc nōle q̄s/ qui/ vel cū ſuis cōpoſitis ſiue relatiuū/ ſiue interrogatiuū/ ſiue infinitū/ ſit: ſubſtātiuū ponet̄ in eodē caſu cū hoc nōle quis/qui: vł ſuis cōpoſitis. Teren. Qđ remediū ei⁹ in veniā iracūdiæ. Idē. Quā cauſam reperient demiror.

Terentius.
Idem.

Toti diuiſo in partes iungas vbi verbum
Cum toto partes caſu ponētur eodem
Partibus at verbū iungēs, totum genito des.

¶ Qn̄ vbū iūgit̄ ad aliqđ totū in partes poſtea diuiſum/ partes cū ſuo toto in eodem caſu ponētur: vt puellæ legūt flores: iſta violas/illa roſas. Qđ ſi vbū cū partibus iūgat̄/totū ponet̄ in gtō: vt puellarū. iſta violas/illa roſas legit. Et accidit figura Prolepſis: q̄ eſt attributio proprietatis toti diuiſo in partes ſuas.

Prolepſis figura.

Excludetur ꝙ coniunctio ſæpe venuſte
In quartum vocem mutando quæ eſſe videtur

¶ De excluſione coniūctionꝭ ꝙ

Recti, infinitumq; modum verbũ ſibi iunctũ
Temporis eiuſdem quod ſi illa expreſſa fuiſſet.

Cicero.
Teren.

¶ Hæc cõiunctio ꝙ apud latinos authores ſæpe venuſte excludit mutãdo dictionem/ q̄ videtur eſſenti caſus in actm̃/ ⁊ verbũ ſibi cõiunctũ in infinitiuũ modũ: eiuſdẽ tp̄is cuius fuiſſet/ ſi illa coniũctio ꝙ exp̄miretur. vñ quũ barbari dicũt: gaudeo ꝙ tu vales. Latini dicũt. gaudeo te valere. Gaudeo ꝙ tu adueneris. Latini dicũt te aduenisse gaudeo. Cicero in epiſtolis. Uitã mihi acerbam eſſe putem. Teren. Meũ gnatũ rumor eſt amare.

¶ De expreſſione ꝙ.

Exprimit interdum quod, purus ſermo latinus
Pro quia ſi ponas, vel propterea præit illud
Vel capiti iunctum ſententię, epiſtolij ve.

Cicero.
Ualla.
Teren.
Cicero.

¶ Hæc coniũctio ꝙ interdũ apud latiniſſimos expreſſum inuenies: vel qñ ſumit ꝓ qr/ vel propterea illi pręponitur/ vel qñ ponitur in principio epiſtolij vel ſentẽtię. Cicero ad Brutũ. Augebat etiã moleſtiã/ ꝙ magna ſapientiũ: ciuiumq; bonorum penuria iã in ciuitate eſſet. i. qr magna. ⁊c. Nemini enĩ dubiũ eſt (vt inqt Ualla) ꝙ ꝑ qr reſolui. Terẽ. Propterea ꝙ ſeruiebas mihi liberaliter. Cice. ꝙ autem ſcribis: quid de exitu belli ſentiam: magis conſilium petere poſſum q̃ alijs dare.

¶ De cõſtructione nominum.

De poſſeſſiuo ⁊ poſſeſſore.

Poſſeſſum rogitat poſſeſſoris genitiuum
Eius ſiue loco poſſeſſiuum ſibi iungi:
In ve loco geniti poſcit quandoq; datiuũ.

Nomen ſign̄s poſſeſſorẽ regit gtm̃ ſui poſſeſſoris: vel eius poſſeſſiuum in eodem caſu/ gñe/ ⁊ nũero ſibi cohęrens: vel loco gti interdũ dtm̃: vt hic eſt fundꝰ patris/ vel patri/ vel paternus.

¶ Annotatio de gtis primitiuorũ mei tui ſui. &c.

Poſſeſſum genitum refugit caſum patientem
Nempe mei noſtriq; tui veſtriq; ſuiq;
Eſt pater ille mei non dicas, ſed meus apte.

Ouidius.
Teren.
Cicero.
Idem.
Liuiꝰ.
Cicero.

¶ Nomẽ ſign̄s poſſeſſum. i. rem poſſeſſam vel habitã/ non poteſt pro poſſidẽte/ vel habente regere gtõs paſſiue ſign̄tes: mei noſtri/ tui/ veſtri/ et ſui. vt de fundo quẽ habeo/ vel poſſideo: nõ licet dicere: fundus mei/ ager noſtri/ domus tui/ mos veſtri/ liber ſui. Quia hi genitiui nõ ſign̄t poſſeſſorẽ: ſed paſſiue rẽ. ſcilicet de qua/ aut in quã aliqd habet: vt amor mei. i. amor quẽ qs habet in me: nõ quẽ ipſe habeo. Niſi eũ fors amorem ergo me ipſum habet. Ouidius. Uror amore mei. Unde vbi veteres dicebãt. Filius mis/ tis/ ſis/ noſtrũ/ veſtrũ (Nã hi gti actiue ſignificabãt/ nũc mis/ tis/ ſis: nõ ſunt in vſu. noſtrũ vero et veſtrũ fere partitiue ponũtur. Ideo per poſſeſſiua nos loquimur. fundus meus/ tuus/ ſuus/ noſter/ et veſter. In hoc erraſſe Priſcianũ oſtẽdit optime Ualla. quia male dixit Priſcianus pro eodem dici filiꝰ mei/ et meus. Et vbi Gellius dicit li. xxi. ca. v. recte dici patrẽ mei/ pro patrem meum: in eundem errorem cũ Priſciano incidiſſe luculentiſſime probat idem Ualla. in illo Plautino. i pſeudo. Duorũ labori ego hoim parſiſſem lubens: mei te rogandi/ et tui reſpondendi mihi. vbi labori mei/ ꝓ labore meo licenſione dixit. Et idẽ Ualla docet vel mendam eſſe: aut id vt rariſſimũ. aut licenter dictũ non imitãdũ. Pręſertim qr Plauti dictũ. quo nemo fuit licẽtia verboꝝ liberior. teſte Ualla. Et licet Teren. dicit. Conſimilis moribꝰ veſtrũ/ ⁊ Cice. ꝓ Plan. Cõtentionẽ veſtrum. Idẽ contra Rullũ. Frequẽtia veſtrũ. ⁊ Liuius. iij decadis. l. Fortuna veſtrũ. Hæc tamen rara/ et parce imitanda monent et Ualla ⁊ Nininita. Sed quoties addit omniũ. cuiuſq;. aut duorũ. frequentiſſima eſſe affirmãt. In Cice. Reperies. In omnium noſtrũ humeris cohærebũt et cõmunẽ olim noſtrũ conditionẽ. omnium noſtrum parens. ⁊c.

¶ Sic differũt amor mei/et amor meus. ꝛc. Amor mei eſt paſſiue quo ego amor ab alio. Amor meus actiue eſt quo ego amo aliũ. ſic vtilitas tui quã alij habẽt de te. vtilitas tua quã tu habes. Ea differentia eſt in ijs omnib⁹ q̃ actiue et paſſiue declarari poſſunt. qualia ſunt: vſus. memoria. faſtidium. deſyderiũ. cura. odiũ. dolor. poteſtas. copia. ſuſpitio. ꝛc.

Tribus ſubſtantiuis iũguntur hi genitiui. Verbalib⁹. vt amor tui. faſtidium tui. Secũdo. noĩbus partitionem ſignãtibus. vt pars mei. i. de me: vtpote caput/pes. ꝛc. Pars mea. i. quã poſſideo. vt hæreditas/aut portio. Sic differũt mediũ tui/ꝛ medium tuum. aliquid mei et aliquid meũ. Tertio. alijs q̃ non ſtatim paſſiue declarari poſſe videntur. vt natura ſui. i. de ſe. natura ſua. i. quã habet. vis ſui. i. de ſe. vis ſua quam habet. ꝛc.

Poſſeſſi interdum poſſeſſor vult genitiuum
In ve loco geniti poſcit quandoq; datiuum.

¶ Nomẽ ſignãs poſſeſſorẽ regit interdũ gtĩm rei poſſeſſæ: ꝛ quãq; loco gtĩ regit dtĩm. vt ſum dominus huius fundi. vel huic fundo.

De noĩb⁹ ſignãtibus affinitatẽ/pẽminentiã ꝛ ꝯſanguinitatem.

Nomen ſignificans affinem ſiue præeſſe
Adq; aliquid dictum: necnon cõſanguinitatẽ.
Expoſcit poſt ſe caſum iungi genitiuum/
In ve loco geniti poſcit quandoq; datiuum.

¶ Nomen ſignãs affinitatem. conſanguinitatem. præeminentiã: vel nomẽ ad aliquid dictũ/regit poſt ſe gtĩm. vel loco gtĩ regit aliqñ dtĩm. vt Chremes ſocer Pamphili/vel Pamphilo. idem pater Glycerij/vel Glycerio. Hãnibal dux exercit⁹ Carthaginenſis/vel exercitui carthaginenſi. Præceptor huius diſcipuli. vel huic diſcipulo. Seruus domini/vel domino. Nomẽ ad aliquid dictũ. eſt cuius ſignificatũ ad aliud dependet. vt pater filius. nemo poteſt eſſe pater niſi qui filiũ genuit.

De noĩb⁹ ſignãtib⁹ excellentiã põd⁹/ꝛ mẽſurã

Nomen ſignificans excellere vult genitiuum
Pondus materiæ menſæ menſura reiq;.

¶ Nomen ſignãs excellentiã regit ſolũ gtĩm. vt rex regũ. dñs dominantiũ. virgo virginũ. Similiter pondus regit gtĩm materiæ. vt libra croci. ſelibra piperis. talentũ auri. Item menſura regit genitiuum rei mẽſuratæ. vt modius tritici. congius vini. virga panni.

De verbalibus ſubſtantiuis

Expoſcunt genitum verbalia nomina cuncta
Cum deriuatis, quæ ſubſtantiua locantur.

¶ Noĩa verbalia et eorũ deducta q̃ ſubſtãtiue ponũtur gtĩm regunt. vt cultor virtutis philoſophus. nutrix ſanitatis tẽperãtia. leuamẽ doloris cõſolatio. ornamẽtum capitis capilli. expectatio miſerorũ fœlicitas. cũ multis alijs.

De verbalibus adiectiuis.

In genitũ mutant quartũ verbi (genitũ quem
In verbi quartum ſoluas) verbalia quędam
Finita in tor/ſor/trix: pro ijſq; ſequentia ſumpta
Ans/ens/tus/ſus/xus/gus/ius/uus/idus/rus/or & cus.
Pos/ceps/ax/ex/ux/quũ actiue ſignat & oſus/
Arius et bundus: iungas ilis/aculus/iſtis.

¶ Quædã noĩa verbalia mutãt acc̃m ſui verbi in gtĩm: qui gtĩs in acc̃m ſui v̈bi reſolui poteſt. vt amator vini. i. amat vinũ. Et hæ ſunt terminationes verbaliũ: quæ ſic cõſtruuntur. Tor. vt amator vini. Sor. vt defenſor noſtri. Trix. vt expultrix vitiorũ. Ans. vt ſpirans minarum. Ens. vt appetens alieni. prudẽs ꝛ imprudens facti. Tus. vt expertus ꝛ inexpertus rerum. Sus. vt profuſus ſui. Xus. vt perplexus hu=

Horatius
Silius
Uirgilius
Liuius
Plinius
Boetius.
Gellius
Ninnuita.
Apulei.
Orosius.
Ouid.
Sueto.
Plinius.
Ouidius.

ſus rei. Sus. vt prodigus nūmorū. indigus auxilij. Jus. vt præſcius/ vel inſcius futurorū. Uus. vt nutritiuus morbi. incentiuus mali. Idus. vt cupid⁹ pecuniæ. Rus. vt ignarus viæ. Or. vt memor beneficij. Cus. vt parcus ſuarū rerū. Pos. vt impos incepti. cōpos animi. Ceps. vt particeps laborū. pceps libidinis. Ax. vt capax largitionis. rapax alieni. Ex. vt index rerū capitaliū. Ux. vt dux facti. Oſus qn̄ actiue ſigt. vt ambitioſus dignitatis. ſtudioſus poetices. Et oīa iſta cū alijs acti. ic reſoluūtur. Hora. li. j. car. ſapientiæ cōſultus. Sil. li. xi. ſtupet incōſuet⁹ opimæ Sidonius menſæ miles. Uirg. Expeditūt feſſi rerū. Liui. xxxiij. Cōtētos libertatis. Plini. v. epl'arū hæerba expulſiua veneni. Uirg. Largus opū. Boeti⁹. vitæ huius exoſa. hic exoſa nomen eſt. alibi participiū. Gel. xv. ca. xx. Ridendi exoſus. Ninniuita. Falſarius literarū. Apu. iij. meta. Sui periclitabūda. Oroſius. l. iij. Alexander humani ſanguinis inſatiabilis. Oui. Praui docilis romana iuuentus. Sed hæc nomina in illis potius regūt actm̄ cū præpōne. Suetoñ. Tam docilis ad cætera. & cū ablō ſine pppōne. Pli li. x. ca. xlij. Luſciniæ græco atqȝ latino ſermone dociles. In ulus, Ouid. vj meta. Ut tamen exemplis intelligat æmula laudis.

ſyngler. .i. ad magnitudinem.
experte. without. gyltp.
Iſta ſolers expers poſcunt genitum reus inſtar

out of the
doubtful' excellente. rype. waye. without.
Anxius, egregius, maturus, deuius, exors.

ignorāūt. doubtfull. barayne. fre or without. i. liberalis.
Et rudis, ambiguus, ſterilis, ſic liber et ortum,

wyſe or knowynge. plentfull/
paſt hope. wynge. happy. innocent. doubtfull.
Expes, vel gnarus, fœlix, innoxius, anceps,

ſwyfte. not wonte. idem. wery. without wytte.
Impiger, in(qȝ) ſolens, inſuetus, feſſus, & amens,

plenteous.
lyberall. ſlouthfull. cowarde. deſyrous
Munificus, ſecors, lætus, vęcorſqȝ, benignus,

innocent. inſacpable. floryſſhynge. yelowe. euell or froward.
Inſons, immodicus, viridis, flauus, quoqȝ prauus,

quycke. excellent. pleaſaūt. ſlowe. wycked or curſt.
Acer, præcipuus, dulcis, piger, atqȝ ſiniſter,

heddy/or
wonded. haſty. without. relygyous.
Saucius, et pręceps, vanus, ſic relligioſus,

valyaunt. wyſe. ignorāūt. out of kynde. ſykke.
Strenuus, atqȝ catus, cæcus, ſic degener, æger,

haſtynge. afreyde. not famous. a meane or a domes man.
Feſtinus, trepidus, inglorius, atqȝ ſequeſter.

Pulcrius expoſcunt multa ex ijs ſed ſibi ſextū.

Horatius
Salustius
Uirgilius.
Liuius
Silli⁹
Hora.
Cicero.

¶ Iſta adiectiua prædicta regūt gtm̄. vt ſolers rerū. Hora. Expers ſceleris. Saluſtius. Laudis auidi/pecuniæ liberales. Uirg. Conſtituā ante aras voti reus. Idē. Inſtar montis equū. Liui. xxxv. Anxius gloriæ. Silli. li. vij. Anxia fati. Idem. v. Atqȝ hic egregius linguæ. Uirg. æui maturi⁹. Silli. li. j. de h inſodale. Ingenio motus/auidus fideiqȝ ſiniſter. Is fuit exuperans aliis/ſed deuius æqui. Hora. de arte. Expers ipſa ſecandi. Cicero officiorū. j. Non ſolū græcarum literarum rudes. Conelius tacitus. Ambiguus conſilij. Salu. Frugũ ſterilis. Liui. xxxvi. Spei liberã: obnoxiã timoris. Sed liber potius cũ abltõ cũ præpõne. vt liber a curis. Obnoxi⁹ potius cũ dtõ. vt obnoxius morbo Expes vitæ. Columella in p̃fatione. Armorum ac militiæ gnaros. Uirg. geor. Ignaroſq; viæ. Silli. iiij. O fœlix famæ. Curtius li. vij. Initi cõſilij innoxius. Anceps huius rei apud doctos. Corne. tacitus. Is vrbanæ militiæ impiger: bellorũ inſolens. Salu. Inſolens malarũ artiũ. Silli. li. xi. Stupet incõſuetus opimæ Sidonius menſæ miles. Uirg. j. expediunt feſſi rerũ. Idem. iij. Iſq; amens animi. Claudianus in. iiij. cõſulatu Honorij. Munificus laudis ſed nõ es prodigus auri. Cor. tacitus. Gregari⁹ miles futuri ſocors. Uirg. xi. Quis læta laborũ. i. de laboribus potius. Apu. iij. meta. Iam væcors animi. Hora. vini ſomniq; benign⁹. i. ſtudioſus. Alias eni dtm̃ regit. vt ſum benign⁹ tibi. Liuius. xxxij. Inſons culpæ. Tacitus. Ut lætitia / ita mœroris immodic⁹. Perſius. es modicus voti. Sil. v. Ille quidẽ cruda mente et viridiſſim⁹ iræ. Sil. ix. flauiſq; comarũ Curio. i. qui ſibi p̄ artẽ flauas comas facit. authore Niniuita. Nam flauis comis qui ipſe per naturã flaueſcit comis. Idẽ icodẽ. Heu patria: heu plæbes ſcelerata et praua fauoris. Tacit⁹. Ueſpaſianus acer militiæ. Apulei⁹. iiij. Uir ſublimis animi virtutiſq; præcipuus. Gelli⁹. xix. ca. iiij. Tenebat amicos noſtros domo ille fandi dulciſſimus. Sil. xv. Quorũ ſerpit arar per rura pigerrimus vndæ. Apu. iiij. Aegra corporꝭ ſaucia animi. ornati⁹ cũ abltõ. Uirg. Præceps animi p̄ animæ. Uirg. Aut ego veri vana feror. Iuſtinianus. Iuris religioſiſſimus. Tacitus. Paulinus ſtrenuus militiæ. Silli. ij. Hæc cæcus fati diuũq; abeunte fauore. i. ignar⁹ fati. Auſonius in moſella. memorabo quietas agricolas legũq; catos / fraudiſq; potentes. Sil. x. Degener altæ virtutis patrũ. Apu. iiij. Aegra corporis. Statius. vj. the. Feſtinus voti pater. Liuius. v. ab vrbe trepidi rerũ ſuarũ. Tacitus. Nec ipſe inglorius militiæ. Silli. xij. Inglori⁹ auſi. Stati. vij. the. fidei paciſq; ſequeſtra mater eras.

Tacitus.
Saluſtius.
Columella
Uirg.
Curtius.
Tacitus.
Saluſtius.
Sillius
Uirgilius.
Tacitus.
Uirgilius.
Horatius
Perſius.
Silli.
Niniuita.
Tacitus
Apulei⁹.
Gellius
Uirgilius.
Iuſtinianus
Tacitus
Sillius
Liui⁹.
Stati⁹
Silli⁹
Stati⁹

Annotatiuncula.

Quanq; hæc et alia adiectiua multa cum genitiuo conſtructa apud poetas et hiſtoricos legũtur. ornatius tamen plæraq; ex ijs cum abltõ apud oratores inuenies. de quibus latius infra dicemus.

De cauſa efficiente / formali / finali ⁊ materiali.

Effectum cauſæ genitum vult efficientis
Formalis / vel finalis / vel materialis:
Econtra effecti cauſæ poſcunt genitiuum.

Effectũ poſtulat gtm̃ cauſæ tam efficiẽtis / formalis / materialis / q̃ finalis. Et ediuerſo. Cauſæ p̄dictæ effecti gtm̃ poſtulãt. Cauſæ efficientis: vt laus victoriæ et victoria laudis. Formalis: vt mons miræ magnitudinis / et mira magnitudo montis. Materialis: vt agger lapidũ. et lapides aggeris. Finalis: vt ſpes p̄mij. ⁊ præmiũ ſpei. libido amoris / ⁊ amor libidinis. opus vtilitatis / et vtilitas operis.

De effecto et ei⁹ cõſtructiõe.

Effectum efficientis vult quandoq; animatis
Vel poſſeſſiuum vel pro arbitrio genitiuum
Materiæ genitum raro poſcit ſibi forma
Sed poſſeſſiuum aut ſextum cum præpoſitiuo
Adq; aliquid factum vice depoſcit genitiui
Illius ob quod fit poſſeſſiuum ſibi iungi.

Effectum quandoq; (hoc eſt in rebus animatis) poſtulat indifferenter genitiuũ vel poſſeſſiuũ efficientis: vt poeſis Uirgilij / vel virgiliana. Itidẽ forma materiæ raro gtm̃ ſed vel poſſeſſiuũ vel abltm̃ cũ præpõne poſcit: vt anulus aure⁹ vel ex auro. Siliter ad aliquid factũ (hoc eſt quod ad vſum alicuius rei fit) loco gti poſſeſſiuũ ſibi iungi poſcit: vt domus carbonaria: quæ carbonibus reponendis fit / dom⁹ ceruiſiaria / ceruiſiatoria / penaria / lignaria: cerotum ſutoriũ: cornu atramẽtariũ theca pennaria.

De vaſorū ⁊ liquorū noībus.

Contenti in ſe vult genitum vas quodq; liquoris
Quo ſi ſit vacuum, capiendo illi tamen aptum:
Vult poſſeſſiuum ſibi iungi non genitiuum.

¶ Nomina vaſorū volunt poſt ſe gtīn liquoris in ſe contēti: vt cuppa vini/amphora ceruiſiæ/cadus olei. Sed ſi huiuſmodi vaſa vacua ſint/ad liquores tamen recipiendos apta: nō gtīn ſed poſſeſſiuum illius liquoris flagitāt: vt cuppa vinaria amphora ceruiſiaria/cadus olearius.

De noīb⁹ ſignātibus laudē vł dedec⁹.

Poſt poſſeſſorem ſignans laudem dedecus ve
Grammaticus genito poſſeſſum & mobile iūgit.
Pulcrius orator ſexto coniungit vtrūq;
Hiſtoricus ſexto dat poſſeſſum atq; poeta
Et poſſeſſori coniungit mobile caſu.
Poſſeſſum & genito ponit quandoq; poeta
Et poſſeſſori nonnunq̄ mobile iungit.

¶ Poſſeſſor regit genitiuū ſui poſſeſſi ſignātis laudem vel dedec⁹: vt vir magni ingenij. quē loquēdi modū quattuor modis efferūt authores. Primus eſt grāmaticus: quū ſubſtātiuū laudē aut dedec⁹ ſigns cū ſuo adiectiuo in gtō caſu ponitur. vt puer p̄ſtantis formæ. Scđs oratorius: qñ ſubſtantiuū huiuſmodi cum ſuo adiectiuo in abltō ponitur. vt puer p̄ſtāti forma: ⁊ hic modus vſitatior eſt cæteris ⁊ venuſtior. Terti⁹ eſt hiſtoricus qñ ſubſtantiuū hmōi in abltō ponitur/et adiectiuū cum poſſeſſore cōuenit. vt puer p̄ſtans forma. Quartus eſt poeticus et licentioſus: quādo hmōi ſubſtantiuū ponit̃ in gtō: et adiectiuū cū poſſeſſore cōnectit̃: vt puer p̄ſtās formæ. Virg. Uritur infœlix animi. Idem. O præſtans animi iuuenis.

Virgi.

Poſſeſſum partem ſignans quandoq; poeta
In quarto ponit connectens mobile toti/
Fit metri id cauſa, refugit quod ſermo ſolutus.

¶ Quando poſſeſſum laudem vel dedecus ſignificans ſigt etiam partē alicui⁹ totius. poeta interdū (licet licentioſe) ponit partē metri cauſa in actō: adiectiuū toti connectēs. Virg. Nympha nuda genu: ſinus collecta fluentis. Illū tamē loquendi modū in ſoluta oratiōe refugit orator. Et accidit Synecdoche figura. Eſtq; attributio partꝫ ad aliqđ totū ſub proprietate verbi vel adiectiui. Uel Synecdoche eſt quando proprietas partis (hoc eſt verbū vel adiectiuū) cū toto cōuenit. ⁊ pars in accuſatiuo ponitur: vt ſum albus faciem/doleo caput. Et eſt alia Synecdoche indirecta tamen: quando pars non eſt de eſſentia totius: vt apud Virg. Profuſus ſanie vittas.

Virgi.
Synecdoche figura.
Virgilius

Quum precij nomen coniunctum eſt immediate
Fixo, tunc petit id fixum precij genitiuum.

De noīb⁹ p̄ciū ſignificantib⁹.

¶ Quando nomē rei preciū ſigns immediate cū alio ſubſtantiuo cōiungitur illud ſubſtantiuū regit gtīn illius precij: vt panis triū denariorum.

Artificem ſignans operis raro genitiuum
Sed poſſeſſiuum, vult ars ſic artificiſq;.

De noīb⁹ artificū et operum.

¶ Nomen ſigns artificē expetit poſſeſſiuū operis: ⁊ rariſſime gtīn: vt ſutor calcearius/ſartor veſtiarius/textor ſtragularius/faber lignari⁹/fuſor ærarius. Similiter hoc nomē ars poſcit poſſeſſiuū artificꝫ et non gtīn. vt ars textoria/fullonaria tinctoria.

De noīb⁹ tp̄is aut ſpacij.

Cum ſubſtantiuo quoties venit immediate.
Temporis, aut ſpacij, nomen pone id genitiuo.

Vel poſſeſſiuo, poſſeſſiuum ſibi ſi ſit
Pro poſſeſſiuis ſed diminuentia ponas
Maxime in ijs, quæ annis ſubſiſtunt parua tenellis.
Iſtis nominibus ſemper genus id reliquiſq;
Non poſſeſſiuum ſed iunge dies genitiuum.

¶ Quoties cū noīe ſubſtantiuo immediate cōuenit nomē ſignās tempꝰ aut ſpaciū: tunc illud ſubſtantiuū vult indifferēter gtm̄ tp̄is/aut ſpacij/vel eiꝰ poſſeſſiuū (modo poſſeſſiuū habeat) vt iter vnius diei/vel diurnū. iter vniꝰ pedis/duorū vel triū mēſiū: vel iter menſtruū/bimeſtre/trimeſtre. Latitudo vniꝰ pedis / duorū pedum pedalis vel bipedalis. Craſſitudo vniꝰ digiti/vl' vnius pollicis: digitalis pollicaris. Sed in ijs q̄ tenellis parua adhuc ſubſiſtunt annis (authore Laurētio Ualla) poſſeſſiuorū loco diminutiuis vtimur: vt puer vnius anni/duorū/trium/quattuor annorꝫ: vel puer anniculus/bimulus/trimulus/ quadrimulus. vniꝰ anni vel anniculus pullus. porcus vnius anni vel anniculus. puella vnius anni vel annicula. In huiuſmodi tn̄ noībꝰ q̄ teneris annis adhuc parua ſunt (et id genus alijs) gtm̄ huius noīs dies et non poſſeſſiuū vſurpamꝰ: vt puer vnius diei/duorū dierum: nō autem diurnus/biduanus.

Ualla.

Quādo loci nomen ſequitur fixum immediate.
In poſſeſſiuum id mutatum iungito fixo
Fixum poſſeſſor ni ſit, raro in genitiuo
Ponitur, et ſexto nunq̄ cum præpoſitiuo.

De noībꝰ locorū poſt ſubſtantiuum.

¶ Qn̄ immediate poſt nomē ſubſtantiuū ſeqtur nomē loci: pulcre iſtud nomē loci in poſſeſſiuū mutatū cū ſubſtātiuo præcedēte cōnectet: vt cōſul romanꝰ/vinū creticum/legati hiſpani/ elephanti arabici/fraga mōtana/mala punica. Et rariſſime poſt hmōi nomen vſurpatur gtūs/niſi quū ſubſtātiuū eſt poſſeſſor illius loci: vt rex Angliæ/archidux Burgūdiæ. In quibuſdā tamē appellatiuis indifferēter vſurpatur gtūs vel poſſeſſiuū: vt p̄fectꝰ vrbis vel vrbanꝰ/cōſuetudo forenſis vel fori/mos patrius vl' mos patriæ. Et nunq̄ abltūs: vt Uirgilius mantuanꝰ. nō de Mantua Thomas aquinas. non de aquino. Scholaſticus patauius. nō de patauia.

Partem quod ſignat nomen poſt ſe genitiuum
Totius petit, aut poſſeſſiuum ſibi iungi
Sed partis poſcit pars duntaxat genitiuum.

De noībꝰ ſignātibꝰ partē/vel totum.

¶ Nomē ſignās partē vult gtm̄ totiꝰ: vl' eiꝰ poſſeſſiuū indifferēter: vt caput hoīs vl' humanū/cornu bouis vel bouinū. Pars tn̄ ſuæ partꝭ gtm̄ tantū regit et nō poſſeſſiuū. vt frōs capitꝭ/nō capitalis: plāta pedis nō pedalis: digitꝰ manꝰ nō manualis.

In poſſeſſiuis intelligitur genitiuus
Primati, referas cui adiectum ſiue ralatum
Et cui nonnunq̄ fixum ſtructum appoſitiue.

De gtō p̄mitiui intellecto ī poſſeſſiuo.

¶ In oī poſſeſſiuo intelligit' gtūs caſus ſui primitiui cui referre licet adiectiuū relatiuū: ⁊ aliqn̄ cōnectit' ſubſtantiuū per appoſitionē: vt apud Ouidiū. Tu mea defuncti da mollitur oſſa cubare. Idē. Nō mea ſcripta leges q̄ ſuꝫ ſub motꝰ ad hiſtrū hiero. regū. iij. Tulit filiū meū de latere meo ancillæ tuæ dormientꝭ. Boetiꝰ. Solātur mœſti nūc mea fata ſenis. Cice. iij. de ora. Uolūtati veſtræ omniū parui.

Simil' ad Cice. q̄ vr̄is paucorꝫ reſpōdeat laudibꝰ. Cice. dico meo vniꝰ opa remp. liberari

Vult partitiuum partitiueq; locatum
Omne ſibi nomen genitum, quartū aut præeunte
Inter, vel ſextum cum præpoſito ex ſibi iuncto.

De cōſtructiōe partitiuorꝫ.

¶ Oē nomē partitiuū ⁊ partitiue poſitū: vt diſtributiuū/interrogatiuū/infinitū/cōparatiuū et ſuperlatiuū: et omne nomē nūerale tam cardinale q̄ꝫ ordinale regunt gtm̃ caſum vel actm̃ cũ inter et ablm̃ cũ ex. Exempla partitiue: vt aliq̃s ciuiũ/ inter ciues vel ex ciuibus. Diſtributiui: vt quilibet iſtorũ/inter iſtos vel ex iſtis. Interrogatiui: vt q̃s illorũ/inter illos/vel ex illis. Infiniti: vt quicũq; veſtrũ/ iter vos vel ex vobis. Cõparatiui: vt fortior manuũ/inter manꝰ / vel ex manibꝰ eſt dextra. Superlatiui: vt fortiſſimꝰ grecorũ/inter græcos/vel ex græcis fuit Achilles. Numeralis cardinalis: vt vnus militũ/inter milites/vel ex militibus. Ordinalis: vt primus omnium/inter omnes/vel ex omnibus.

¶ De ſimilis ꝛ diſſimilis.

Diſſimilis ſimilis quando ad mores referuntur
Expoſcunt genitum, quando ad formã quoq; ternũ.

Terentius. Uirg.

¶ Similis et diſſimilis quãdo referuntur ad mores regũt gtm̃: qñ aũt ad formã dtm̃ (authore Diomede). Terentius. Domini ſimilis es. Uirgilius. Sic canibꝰ catulos ſimiles ſic matribus hedos.

¶ De adiectiuis q̃ regũt genitiuũ vł ablm̃ cũ prępõne.

Certus cum dubius ſic ſollicituſq; ſecurus
Expoſcunt genitum aut ſextum cum prępoſitiuo.

¶ Hæc noia certus/dubius/ſollicitus/et ſecurus regũt gtm̃ vel ablm̃ cũ præpõne vt ſum certus huius rei/vel de hac re.

De nolbꝰ ſignãtibus diuitias aut paupertatẽ.

Diuitias ſignans vel egeſtatem genitiuum
Poſcit, vel ſextum (quod rarius eſt) ſibi iungi.

Uirg. Apuleius. Tacitus. Ouidius. Horatius. Cicero.

¶ Nomẽ ſigñs copiam vel egeſtatem regit gtm̃: vel ablm̃. qui pulcrior eſt/oratoribus magis vſitatus. Copiã: vt apud Uirgiliũ. Quã diues pecoris niuei ꝗ̃ lactis abundans. Egeſtatẽ. vt apud eundem. Opis haud indiga noſtræ. Apuleius. Pecuniæ ſatis locuples. Tacitus. Egena aquarũ regio eſt. Ouidiꝰ. Quis matrẽ niſi mentis inops in funere nati. ¶ De ablõ apud Horatiũ. Diues agris. Cicero pro Roſcio. locuples metu. Idem in oratore. Inops verbis. cum multis alijs/quæ faſtidij cauſa omitto.

Cum recto aut quarto coniunctũ eſt mobile fixo
Quod partitiue ſine fixo eſt mobile ſumptum,
Pulcrius id ponas ſinglari in neutro aliquando
Subſtantiuato, ac eius fixum genitiuo,
Eiuſdem numeri ſemper cuius fuit ante.
In conſtructura fixum adiectumq; ſoluta
In caſu genere & numero ponẽtur eodem.

De adiectiuo partitiue poſito in neutro genere et ſubſtantiuo i gtõ caſu

¶ Qñ adiectiuũ qd partitiue poni põt cũ ſubſtantiuo in ntõ aut actõ caſu eſt coniunctũ/illud adiectiuũ venuſte in neutro gñe ſingulari ſubſtãtiuato aliqñ poni poteſt: ꝛ ſubſtantiuũ in gtõ caſu eiuſdẽ numeri cuius fuit prius. Teren. Si ſenſero te aliq̃d fallatiæ conari. Idem. Quid negocij iſtic eſt tibi. Idẽ. Quiduis oneris impone. Idem. Da mihi hoc negocij. Idẽ. minus ſpei eſt. Plurimũ laborũ ſuſcepi. Et in conſtructione adiectiuũ et ſubſtantiuũ reſoluentur in eodẽ caſu/ genere et nũero: vt plurimũ laborũ ſuſcepi. i. plurimos labores. Ideo dixi aliquando: q: quædã adiectiua quæ partitiue poni poſſunt/nõ ſic conſtruuntur: qualia ſunt omnia nomina diſtributiua pter nullus pro quo nil et nihil ponũtur. Etiam cõparatiua et ſuperlatiua: præter plus/minus/ꝛ plurimum. Etiam numeralia tam cardinalia ꝗ̃ ordinalia.

Terentius. Idem.

¶ Annotatio.

Subſtantiuato tu nunq̃ ponito neutro
Sufficiens, magnum, paruũ, maius, quoq; nullum,
Sed pro ijs, ſat, multum, plus, atq; parum, nihil & nil,
In conſtructura hæc & in anteriora reſolues,

¶ Hæc adiectiua: sufficiens/magnũ/paruũ/maius/et nullum: nunq̃ ponuntur in neutro gñe substantiuato: sed loco illorũ ista. satis vel sat/multũ/plus/parũ/nihil et nil: & in cõstructione ista in illa superiora resoluẽtur. Virg. Nec sat rationis ĩ armis. i. sufficiens ratio. Teren. Satis pericli cæpi adire. i. sufficiens periculũ. Multũ ponderis. i. magnũ pondus. Plus doloris. i. maiorẽ dolorẽ. Parũ spei habeo. i. paruam spem. Nihil vel nil rei tecum habeo. i. nullam rem.

Virgilius
Teren.

¶ De constructione datiui.

Mobile quodq; bonum signans afferre malũ ve
Cuiuis, vult ternũ, aut vicinum, conueniens ve,
Aut incõueniens, quædã et verbalia passum
Quæ signant ilis sic dus finita vel osus.
Et finita uius vel ab obuio vel via ducta,
Interdum genito quædã ex ijs iuncta legũtur.

¶ Datiuũ casum regũt adiectiua: q̃ bonũ vel malũ alicui afferre signãt: vt seru⁹ vtilis/gratus/fidelis/morigerus/ac acceptus dño. Crapula exitialis/pestifera/inimica/perniciosa/lethalis/iniqua/aduersa sanitati. Dtm̃ similiter regunt signãtia vicinitatem: vt ager vicinus/finitimus/cõfinis/cõterminus/cõiunctus/contiguus/proximus/propinquus vrbi. Itidẽ signãtia conuenientiã vel incõuenientiã: vt lapis quadrans/aptus/congruus/idoneus/cõcors/æquus/conformis/consentaneus huic loco. Vita dissentanea/discors/dissona/cõtraria verbis. Similiter cõstruuntur quædã verbalia (quæ passionẽ signãt) finita in ilis/in dus/vel in osus. vt pulcritudo amabilis omnibus. Tirannus rigidus subditis. Aliena virtus formidolosa regibus. Similiter cõstruuntur deducta ab hoc noĩe via/vel ab hoc verbo obuio: q̃ in uius efferuntur. Virg. Regna inuia viuis. locus nemini peruius. Virg. Cui mater media sese tulit obuia sylua.

Virg.

¶ Annotatio.

¶ Quædã ex ijs adiectiuis quæ regũt dtm̃/legũtur etiã cũ gtõ. sed vix nisi apud poetas vel historicos: qui gtõ etiã ꝓ ablatõ (græcorũ more) vtũtur. Luca. Quẽ metuis par huius erat. Sil. iiij. Aetatis mẽtisq; pares. ornatius nisi metri causa. ætate menteq; pares. Iusti. xliij. Chalybes fluminis huius finitimi appellati. Virgil. xij. Præterea regina tui fidissima dextra. Apuleius. vj. Cum primum prædicti iugi conterminos locos appulit. Hieronymus in sacris. Cõformes fieri imaginis dei. Horatius in ser. Nisi nos vicina Triuici Villula cæpisset. cum id genus alijs: parce imitandis.

Lucanus
Silius.
Iustinus.
Virgilius.
Apuleius
Hieronymus
Horatius

Vtile quod signat/vel delectabile honestum
Ijs vel contrarium commutes mobile pulcre
In substantiuũ casus quandoq; datiui
Quod substantiuũ e diuerso in mobile soluas.

¶ De adiectiuis q̃ vtilitatẽ/voluptatẽ/honestatẽ/ vel ijs contrarium.

¶ Nomẽ adiectiuũ signãs vtile vel damnũ/delectabile vel ingratũ/honestũ vel turpe/q̃nq; in substantiuũ dtĩ casus cõmutari põt. Vtile: vt hoc est vtile vel commodũ mihi. q̃d pulcrius dr̃: hoc est mihi vtilitati/cõmodo/vel lucro. Damnum: vt hoc est mihi damnosum/nociuum/periculosum. Pulcrius. hoc est mihi damno/nocumẽto vel detrimẽto/periculo. Delectabile: vt hic sermo est mihi delectabilis. dulcis/iucundus/lætus. Pulcrius. hic sermo est mihi delectamẽto/dulcori/iucũditati/læticiæ. Ingratũ: vt hæc verba sũt mihi ingrata/acerba/molesta. Pulcri⁹. hæc v̱ba sũt mihi ingratitudini/acerbitati/molestiæ. Honestũ: vt duco hoc mihi honestũ/decorũ/amplũ/ornatũ. Pulcri⁹. Duco hoc mihi honestati/decori/ãplitudini ornamẽto. Turpe: vt tu hoc putas tibi turpe/vituperabile/ignominiosum. Pulcri⁹.

Dtīūs nominis ꝓmitiui ꝓ olb⁹ caſib⁹ poſſeſſiui

Tu hoc putas tibi turpitudini/vituperio/ignominiæ.

Eſt poſſeſſiui pronominis in vice ſumptus,
Primati ternus caſus quandoq; venuſte,

¶ Loco pronominis poſſeſſiui non inuenuſte interdū vſurpatur dtīūs ſui primitiui vt hic eſt aduocatus meus vel mihi. diminuam caput tuum vel tibi.

¶ De conſtructione accuſatiui.

Nulla adiectiua regūt actīm ſua natura.

Nomina nulla regunt poſt ſe quartū propria vi
Quattuor hiſce modis tñ aſciſcant ſibi quartū
Ex vi præpoſiti mediantis/præpoſiti ve
Cū in ſe vim retinēt/poſita aut ꝓ participante,
Siue figurate, refugit quod ſermo ſolutus.

Liuius
Siſennia.
Gellius
Apulei.
Idem.
Iuſtinus.

¶ Actīm caſum nulla nōia ꝓpria natura regūt. Quattuor tamen modis actīm ſibi aſciſcere poſſunt. Primo ex vi præpōnis mediantis: hoc eſt quoties dictio adiectiuū ſequens ſigt illud ad quid aliqd fit. vt miles aptus pugnæ vel ad pugnā. Secūdo qn̄ adiectiua naturā præpōnis (vnde naſcūtur) in ſe retinent. vt proxim⁹ hoſti vel hoſtem. Tertio qn̄ pro participijs ſumūtur. vt ignarus cauſas/præſci⁹ futura. i. ignorans cauſas/pſciens futura. populabūdus agros. Iuuentis tamē parce vti adhortor. Liui. xxv. Uitabūdi caſtra hoſtiū. Siſennia in. iiij. hiſto. apd Gellium. Populabundus agros/ad oppidū puenit. Apu. li. uij. Multi numero mirabūdi beſtiam confluebāt. Idē li. ix. Manū ſacerdotis oſculabūdus. Iuſtinus li. v. Gratulabūdus patriæ/expirauit. Exoſus et peroſus ſont participia. Nā cū gtō cōſtructa/nō pro participijs: ſed pro verbalib⁹ ponūtur. Quarto figurate: hoc eſt ꝑ Synecdochen: qn̄ pars i actō ponitur/ꝛ adiectiuū partis cū toto conuenit. vt pallidus faciem. Sed hunc loquendi modū ſoli poetæ licenter vſurpant/oratores vero fugiunt.

¶ De conſtructione ablatiui.

Nōia ſigñtia plenitudinē vacuitatē/ornationē/priuationem.

Plenū vel vacuū ſic ornatum vel ſpoliatum
Nomina quæ ſignant ſextū poſcunt ſibi iungi.
Interdum genitū græcorū more repoſcunt
Quædam vel quartū cū præpoſito, quoq; ſextū.
Sæpius at genitum plenus petit: atq; refertus
Nomen. ſed ſextū cū præpoſito/ſimul abſq;
Participans. ſicuti vacuus quod vult genitiuum.

Uirgil.
Ouidius.
Uirg.
Silli.
Ouidius.
Stati⁹
Hora.

¶ Ablatiuū caſum regūt nōia q̄ ſignt plenitudinē/vel vacuitatē (authore Ualla) Plenitudinē. vt creber procellis africus. Uela turgida vento. Equ⁹ fœtus armis Uacuitatē. vt infœcunda prole. ſterilis frugib⁹. i. inanis ſpe. terra ieiuna ſegetib⁹. Ornationem. vt amplus honoribus. clarus ſanguine. onuſtus auro. pollens ingenio. ſplendidus cultu. Priuationē. vt orbus parente. viduus vxore captus oculis. nudus virtute. truncus manibus. Uirg. j. loca fœta furentibus auſtris. Ouidi⁹. ij. meta. Ambroſiæ q; ſucco ſaturos. Uirg. æglo. diſtētas lacte capellas. Idē. j. æneï. Et ſpolijs orientis onuſtū. Sil. Nec nudus virtute Syphax. Oui. Orba parēte ſuo quicunq; volumina tangis. Sta. xi. Extorres patria/regnoq;. Plini⁹. xvij. ca. xxij. Caprificus omnibus immunis. Horatius. Uiduus pharetra riſit Apollo. cū multis id genus alijs.

¶ Annotatio.

Terentius
Tacitus.

¶ Regūt q̄dā ex iſs pdictis interdū gtīm: ſed apud poetas et hiſtoricos. ꝛ græcorum more/q̄ ablīō carent. Teren. Sum olim rerū ſatur. pro rebus. Tacitus. Prouinciam annonæ fœcundã. Ouid. Sanguinis atq; animæ corpus inane fuit. pro ſanguine. Idē meta. viij. Uobis immunibus huius eſſe mali dabitur. Pacuuius. Oneratꝰ frugū et florū. Plau. in ruden. Orbas auxilijs opūq;. Silli. Uiduus teli. Solinus. Ager creticus ſylueſtriū caprarū copioſus. Quædā etiā regūt actm̄ intercedente præpōne/et etiā ablm̄. Iuſtinus. xliiij. Hiſpania in oīa frugū gnā fœcūda eſt. Apulei. Ad aquā ſteriles. Niniuita. Immunis mali/malo/aut a malo. Sed hoc nomē plenus (vt Ualla ſentit/Cicerone fretus) gtm̄ frequētiꝰ q̄ ablm̄ regit. ſicut refertus q̄ eſt noīē. Sed q̄n eſt participiū (eodē authore) regit ablm̄ cū vel ſine præpōne. Sicut hoc nomen vacuus: qđ aliq̄n regit gtm̄. Terentius. Plenus rimarū ſum. Uirg. Quæ regio in terris noſtri non plena laboris. Idem. Crura thymo plenæ. Cicero. Referto prædonū mari. Gelli. Is librū multæ variæq; hiſtoriæ refertū compoſuit. Cice. pro cor. His rebus Italiā referſerūt. Ualerius li. vij. Uacua rationis anima. Cice. offi. j. Cum ſumus neceſſarijs negocijs curiſq; vacui Saluſtius. Qui de rebus magnis conſultant ab odio/amicitia/ira/atq; miſericordia vacuos eſſe decet.

Fœcūda cū accuſatiuo mediante præpōne

Plenus ſæpiꝰ cū genitiuo.

Plenus

Refertus.

Uacuus cū gtō vel ablō cū vl ſine præpōne.

Sextū poſcit opus non flexum quando neceſſe
Signat, ſemper et eſt (habeo nunq̄) ſibi iūgi
Vult. et tū pones in terno ſemper egentem
Ac opus in recto, ni infinitus modus obſtet.
Infinitiuūq; modū vult poſt ſe aliquando
Præteriti interdum vel ſextū participantis.

❡ Hoc nomē opus indeclinabile ſignās idē qđ neceſſe regit poſt ſe ablm̄ caſum intercedente hoc verbo eſt. Et nunq̄ cū hoc v̄bo habeo (authore Diomede) apud latinos conſtructū legitur. Et tunc res egens ponetur in dtō/ꝛ hoc nomē opus erit nti caſus. Niſi impediatur per infinitiuū modū. vt mihi eſt opus pecunia. non aūt habeo opus pecunia. Et licet in ſacris legatur. Dñs his opus habet. Interpres nō latinos/ſed græcos imitari voluit. Cice. epl'arū nono. Authoritate tua nobis opus eſt et conſilio. Poſtulat aliq̄n in loco ablti/infinitiuū vel coniunctiuū modū intercedēte vt. Teren. Quid minus opus fuit/q̄ hoc vlcus tangere. Idē. Sed nūc peropꝰ eſt aut hunc cum ipſa/aut aliquid de illa me aduerſum hunc loqui. Idem. Opus eſt vt conueniam Pamphilum. Aliq̄n poſtulat ablm̄ participij præteriti temporis in loco infinitiui. Saluſtius. Nam et priuſq̄ incipias conſulto opus eſt. id eſt conſulere.

Cicero

Terentius

Idem.

Saluſtius

❡ Annotatio.

Hoc opus et ſextum petit in/vel de/præeunte.
Sub vice vel ſexti genitus quandoq; repertus.
Aſt opus adiectum patitur quemuis ſibi caſum,

Opus. iiij. modis cōſtruitur.

❡ Hoc opus indeclinabile pro neceſſe/quattuor modis cōſtruitur. Primo modo habet dtm̄ et ablm̄: intercedēte hoc verbo eſt. vt ſuperiꝰ diximus. vt opus eſt mihi libro. Secūdo opus cōſtruitur cū ablō intercedēte de. vel in. Cice. li. epl'arū. vij. Opus eſt huic de limatulo et polito tuo iuditio. Idem. xiij. Si qua in re opus ei fuerit: iuueris. Tertio cū gtō/quod iam parce eſt imitandū. Apulei. li. ix. Eius operæ mihi eſt opus. Ouid. de arte. ij. Nec minor eſt virtus q̄ quærere parta tueri. Caſꝰ ineſt illic: hinc erit artis opus. Quarto adiectiue ponitur opus indeclinabile p neceſſarius/a/ū. ꝛ permittitur ſe cū ſubſtantiuo cōiungi in quouis caſu: præcipue in nō ꝛ actō. Cice. ij. epl'arū. Dux nobis et author eſt opus. i. neceſſariꝰ eſt. Liui. xxxiiij. Ad comparanda ea quæ in rem opus erant. i. neceſſaria. Cice. ad atticū. vj. Dicos nummos mihi opus eſſe ad apparatū triumphi. i. neceſſarios.

Cicero.

Idem

Ouidius.

Cicero

Liuius

Cicero

Eſt vſus, vice opus ternum poſcit quoq; ſextum.

❡ Uſus eſt/pro opus eſt.

❡ Uſus aliq̄n capitur p opus. ꝛ regit ſimiliter ablm̄ cū datiuo intercedēte verbo

Gellius
Plautus.

ſubſtantiuo eſt. vt mihi viſus eſt libro .i. opus eſt. Gelli. li. j. ca. xiiij. Propterea pecuniam qua ſibi nihil eſſet viſus. ab iis quib⁹ eam ſciret viſui eſſe. nō accipere. Plau. in aſinaria. Uiginti iam viſus eſt filio argenti minis. Hic tamen loquēdi mod⁹ eſt minus frequens.

¶ Dign⁹ ⁊ indignus tribus modis conſtruuntur.

Dignus et indignus ſextum genitum ve repoſcūt
Sæpius at ſextum, vel nominis in vice pulcre
Infinitiuum/ſubiunctiuum ve modum des.
Dignus honoretur dic quem cuncti vel honorent.

Cicero.
Idem.
Sueto.
Uirgil.

¶ Dignus et indignus regūt ablīm: ⁊ (ꝙuis rarius) gtīm. Et nōnunꝙ in vice nois aſciſcunt ſibi ornate infinitiuū modū/interdū ꝯiūctiuū. vt ille dignus eſt honore honoris/honorari/vt honoretur/vel quē oēs honorent. Cice. Indigna hoīe q̄ſtio. Idem pro aruſpicū reſponſis. Dignum ciuis imperij. Sueto. in othone. Succeſſionis imperij dignum. Uirg. Et vitula tu dignus et hic.

¶ Cōparatiu⁹ gradus cū ablatiuo ſolum.

Aſciſcit ſextum ſolum ſibi comparatiuus.
Rectus ſiue alius cum q̄ ſi quando ſequatur
Ille ſubaudito regitur verbo, aut repetito.

Ouidius
Cicero.
Uirgilius

¶ Cōparatiu⁹ gradus regit ablīm ſolum: ⁊ hoc quoties comparatio non fit inter duo eiuſdem gnis. vt ſum doctior illo/vel illis. Et annotandam eſt/vbi ntūs caſus aut alius ſequitur hoc aduerbiū ꝙ/poſt comparatiuum gradum. Ille caſus non regitur a comparatiuo ſed a verbo ſubaudito/vel repetito. Ut ſum doctior ꝙ tu. ſ. es. Ouidi. Mitius inueni ꝙ te genus omne ferarū/ꝙ repete inueni te mitem. Cicero ad Lucetum. Fortiorem me puto/ꝙ te. ſupple ꝙ puto te. Illud aūt Uirgi. An grauiora timet ꝙ morte Sychei. conciſum eſt. p grauiora timet ꝙ. ſ. ea q̄ morte Sychei acciderunt. vel ꝙ abundat. vt ait Seruius.

¶ Annotatio.

De abltō ſig̃te exceſſum.

Exceſſum ſignans ſextus ſit quando relatum,
Siue negans, per q̄ tu nunq̄ ſoluito ſextum.

¶ Abltūs ꝯparatiui ſig̃ns exceſſum quoties eſt relatiuū qui quæ quod. vel dictio negatiua. nunꝙ poteſt reſolui per aduerbiū ꝙ. De relatiuo ſic. Uideo fratrē quo ſum iunior. non autem dices ꝙ qui ſum iunior. ne relatiuū qui/amittat copulatiuam vim. De dictione negatiua vt Petrus nullo veſtrū eſt doctior. nō pōt exponi ꝙ nullus veſtrū: qꝛ negatio in grammatica ſolutione debet præcedere. Illud iſacris. Bonū eſt confidere in dño/ꝙ confidere in homine. Bonū pro melius. non reperitur apud latinos huiuſmodi locutio.

Cōparatiuus ⁊ ſuplatiu⁹ regūt caſus ſuoꝝ poſitiuorum.

Quos rogitat poſitus caſus vult comparatiuus,
Atq; ſuperlatus gradus ex vi ſignificati.

Uirgilius.
Idem.

¶ Comparatiuus et ſuperlatiu⁹ gradus natura ſignificati regūt oēs caſus quos eorum poſitiuus regit. Uirg. Notior vt non ſit canibus ꝙ Delia noſtris. Idē. Gratiſſima vitis Iaccho.

Ornati⁹ cōparatiuus ⁊c.

Pulcrius in neutro ponatur comparatiuus
Poſt nihil, et quicq̄ quid cum genus id reliquiſq;.

¶ Comparatiuus gradus ornatius ponitur in neutro gñe poſt huiuſmodi nomina nihil/quid/quicꝙ: et ſimilia. vnde ornatius dr̄. Nihil Cicerone eloquenti⁹. Quid Pompeio affabilius? An quicꝙ zoilo mordacius. ꝙ Nullus Cicerone eloquentior. Quis Pompeio affabilior? An quiſꝙ zoilo mordacior. Hoc docet Ualla. et ex doctiſſimorū lectione ipſe facile cognoſces.

macte cū abltō ⁊ raro gtō.

Macte petit ſextum, raro & q̄uis genitiuum.

¶Hoc nomen macte ſignãs magis auctẽ: tam in vctõ ſingulari / ꝙ in plurali dũtaxat declinatũ regit abltĩm ſine ꝓpõne. Virgil'. Macte noua virtute puer ſic itur ad aſtra. Quintꝰ Curtius li. iiij. Vos quidẽ macti virtute eſtote (inqt) qui primi intellexiſtis quãto ſatius eſt faſtidire regnũ / ꝙ accipere. Stati vij. the. Macte animo iuuenis. Exemplũ vbi gtĩm regit. Sılliꝰ. xij Macte o virtutis auitæ. Papinꝰ. ij. the. Macte animi dignis. Sta. ij. the. Macti animi. Nõ imitandũ niſi poetice.

Virg.
Curtius.
Statiꝰ
Silliꝰ.
Papinius
Statius.

Seiunctum ſignans depoſcit mobile poſt ſe
Caſum ablatiuum cum præpoſito præeunte.

¶Adiectiua ſignãtia ſeiunctionẽ vel ſeparationẽ regunt poſt ſe abltĩm caſum cum præpõne: vt liber a cura. Trãquillus a turba / ſecurus ab hoſtibꝰ / ocyoſus vl' vacuus ab omni moleſtia. longinquus a mari. peregrinus vel exul a patria. Teren. O geta qđ ego a vobis alienꝰ ſum. Idem. Tu ocyoſꝰ ab animo / ille cura abſumitur. Liuiꝰ. Abſoni a voce motus erant. Virg. Tu nunc eris alter ab illo. Cicero. Citima a terris Luna / et vltima a cœlo. Cũ multis id genus alijs.

Terentius.
Idem.
Liuiꝰ.
Virg.
Cicero.

¶De conſtructione verborum.

Connectit ſimiles caſus ſum, multaq; verba
Paſſiua, & motũ quæ ſignãt, ſiue quietem.
Addas quæ includunt in ſe motũ latitantẽ.
Exto forem iungas ſic perſiſtentia verba
Dictio qñ ſequẽs p̄ienſq; ad idẽ referũtur.

De verbꝭ ſimiles caſus copulantibus.

¶Caſus ſimiles cõnectit hoc v̄bũ ſum es fui. ⁊ multa verba paſſiua: vt eligoꝛ / declaroꝛ / fio / vocoꝛ. Et v̄ba ſignãtia motũ aut quietem: vt eo / curro / ſto / ſedeo: et motũ latentẽ in ſe includentia: vt viuo / moꝛioꝛ / naſcoꝛ / euado. Exiſto ſimiliter exto ⁊ forem: ⁊ ſignãtia perſeuerãtiã: vt perſeuero / pſto / perſiſto / maneo. Et hoc ſummatim eſt intelligendũ / quãdo dictio præcedẽs et dictio ſequens ad idem referuntur.

¶Annotatio.

Explicite copulant caſus verba impliciteq;.

¶Verba copulant caſus explicite / ⁊ implicite. Explicite de ntõ. Hoꝛa. j. ſer. Nemo cõtentus viuat. De dtõ. Claudianus. Natura beatis omnibus eſſe dedit. De actõ Teren. Apparet hunc ſeruũ eſſe dñi pauperis. De gtõ / vctõ / et abltõ non leguntur exempla apud authoꝛes pꝛobos. ¶Implicite copulant in ntõ et actõ tantum. De ntõ authoꝛitate. Terẽ. Hei mihi: diſce eſſe pater ab his qui vere ſciunt. intelligit ntũs tu. ante diſce. Idem. Quę ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias: ꝙ in patria pauꝑ viuere. ſenſꝰ eſt. Quæ magis optauit hic inhoneſte diuitias parare / ꝙ ſubaudi ipſa optat pauꝑ viuere. De actõ authoꝛitate Teren. Expedit bonas eſſe vobis. latine dr̃. nec eſſe copulat diſſimiles caſus. nã actũs caſus vos. poſt vobis intelligitur. Et eſt ſenſus. Expedit vobis. ſ. vos eſſe bonas. Et in ſacris. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. vbi ſubauditur ſe fieri filios. Eſaię. vij. Nũquid vobis parũ eſt moleſtos eſſe hominibus. Et mille alia. Aliqñ eſſe et hm̃oi nullũ caſum expreſſe ante ſe habent / nec ſubauditur ntũs. habebũt tamẽ poſt actm̃. et ante intelligetur actũs generalis aliquẽ / ꝗ ſemꝑ venuſtiꝰ ſubauditur ꝙ exprimit̃. Quintilianus li: vij. An huic procuratoꝛem eſſe licuit: ante eſſe ſubauditur aliquẽ. ¶Videoꝛ mihi eſſe doctus / et non docto: apud doctos leges.

Horatius.
Claudianus.
Teren.
Eſaias.
Quintilianus.

¶Regentia genitiuum.

Sum poſt ſe genitum caſum vocis comitãtis /
Quæ poſſeſſorem ſignat iungi rogitabit.

Sũ ſubſtãtiuũ v̄bũ cũ dictiõe laudẽ vel dedecus ſignificãte.

Si laudem aut dedecus ſignet genitum ſibi poſcit
Vel ſextum qui crebrior eſt magis atq; venuſtus.
Hiſtoricus ſexto dat poſſeſſum atq; poeta.
Et poſſeſſori nõnunq; mobile iungit.
Poſſeſſum & genito ponit quandoq; poeta
Et poſſeſſori nonnunq̃ mobile iungit.

Quattuor modi loquendi. Grãmaticus Oratorius. Hiſtoricus. Poeticus.

¶ Hoc vbũ ſum/es/fui. regit gtm̃ caſum dictionis ſignĩtis poſſeſſorẽ: vt dñi eſt terra. Qđ ſi laudẽ aut dedecꝰ ſignificet regit gtm̃ vel abltm̃ indifferenter: ſed frequẽtius ⁊ venuſtius abltm̃. Teren. Nullius conſilij ſum. Salu. Lucius Catilina nobili genere fuit. hiſtoriographi et poetæ dictionẽ laudem aut dedecus ſignificantẽ in abltõ aliqñ ponũt ⁊ adiectiuũ laudis aut dedecus cũ poſſeſſore adiũgũt: vt ille eſt clarus ingenio: ⁊ aliqñ poeta ponit rẽ poſſeſſam in gtõ et adiectiuũ cũ poſſeſſore cõnectit: vt ille eſt præſtãs animi. Teren. Ut falſus animi es. ⁊ mille alia græcorum more/qui ablatiuo carent.

Terentius. Saluſtius.

Quarto vel genito ſtructum dicit miſereri
Seruius, at gentio, aut terno ſentit Diomedes.
Sed ſoli genito iungunt plærũq; latini.
Rerũ dũtaxat ſatago poſcit genitiuum.

Miſereor cum gtõ ⁊ rariꝰ dtõ

¶ Miſereor/eris. (vt aſſerit Diomedes) regit gtm̃ vel dtm̃: ⁊ (vt inq̃t Seruiꝰ) regit gtm̃ vel actm̃: ſed pro tritiori latinorũ vſu cũ gtõ ſolo cõſtruitur. Uirg. Nil nr̃i miſerere. Idem. Miſerere laborũ tantorũ. ¶ Satago qđ ſignĩt anxius res curo/regit genitiuũ huius nominis rerum tantum. Teren. Hic clima ſatagit rerum ſuarũ.

Uirg. Idem. Terentius.

Quartum vult miſeror, genitum aut ternũ miſereſco.

¶ Miſeror/aris. ſemꝑ regit actm̃. Cæſar in cõ. Cũ familiaribꝰ cõmune malũ miſerabantur. Miſereſco/is. ⁊ miſereor idẽ ſignĩs regit ſicut miſereor gtm̃/rariꝰ dtm̃. Statiꝰ. j. the. Et generis miſereſce tui. Boetius. iiij. de conſo. Dilige iure bonos ⁊ miſereſce malis.

Cæſar Statiꝰ Boetius.

Obliuiſcor eget ſic indiget ac reminiſcor
Expoſcunt genitum quartũ aut ſextũ ſibi iungi
Rarius aſciſcunt egeo indigeo ſibi quartum.

Cũ gtõ/actõ vł abltõ ſine ꝑpõne conſtruũtur obliuiſcor reminiſcor egeo indigeo.

¶ Obliuiſcor/reminiſcor/egeo/et indigeo regũt gtm̃/actm̃ vel abltm̃. Egeo tñ ⁊ indigeo/rarius actm̃ regũt. Diomedes. Reminiſcor facti/factũ/et facto. Teren. Ita ſum oblitus mei. Uirg. Pomaq; degenerãt ſuccos oblita priores. Cicero. Ut tuis inimicitijs ſuſcipiendis obliuiſcetur. Saluſtius. Alterum alterius auxilij eget. Gellius noctiũ atticarũ. Multa egeo. Uirgilius. Nec tali auxilio/nec defenſoribꝰ iſtis Tempus eget.

Diomedes. Teren. Uirgil. Cicero. Saluſtius Gellius. Uirgilius.

Depoſcunt genitũ, aut quartũ, memini atq; recordor
Interdũ ſextum, de/præpoſito præeunte.

Memini. recordor.

¶ Memini et recordor/regũt gtm̃ et actm̃. Authoritate Teren. Faciam vt huius rei memineris. Uirg. Numeros memini ſi verba tenerẽ. Hiero. in Ezechiele. Olim iniq̃tatũ eius non recordabor amplius. Uirg. Si rite audita recordor. Aliqñ ablatiuũ de præpõne ꝑeunte. Cice. ꝓ lu. Flacco. De vi/de manu/de armis memineritis. i. recordemini. Idẽ ꝓ plancio. De illis recorder.

Terentius Uirgi. Hieronymus. Uirgi. Cicero.

Sed memoro ſignans memini poſcit genitiuũ.
Aut ablatiuum præiuncto præpoſito de.

¶ Memini ſignĩs idẽ qđ memoro vel mẽtionẽ facio/regit gtm̃ vł abltm̃. Quintili. Neq; omnino huius rei meminit poeta. Idẽ. De quibꝰ multi meminerũt.

Quintilianus

In mentem venit genitum, aut cū de ſibi ſextum
Iungi vult, recolo quartum, raro genitumq;
Poſtulat & memoror genitum aut quartū ſibi iungi.

¶ In mentē veni‸/iūgit aliqñ cū gtō. q̄ gtūs regit antō ſubaudito/memoria: vt ſi dicam. In mētē venit mihi ei⁹ tp̄is. ſenſus eſt. In mentē venit mihi memoria vel recordatio eius tp̄is. Cice. actione. iij. in Verrē. Vobis toti⁹ triennij venit i mētē Idē in. v. de finib⁹. Platonis venit in mentē. Idē. p Sylla. Quū matronarū ꝛ virginū veniebat in mentē. Rariſſime aliter loqtur Cicero. Recolo ꝓ reputo/repeto/meditor/ꝛ mēte tracto. regit actm̄. Hiero. i plo. para. Si qs i hac interp̄tatione voluerit aliquid rep̄hendere: interroget hebreos: ſuā cōſcientiā recolat. Cū gtō apd̄ Gregoriū tantū legitur. Quū por, vite recolo. Memoror/aris: deponēs regit gtm̄ Cice. actione. iiij. i Cati. Sui oblit⁹ alij memoret. p ali⁹ gtō. Hiero. Memorabor iuſticie tue ſoli⁹. Idē. Memorari teſtamēti ſui ſancti (q̄uis Valla neget) Cū gtō. Auguſtinus. Memoraberis dñi dei tui. Regit etiā actm̄. Hiero. i Salomone. Memorare nouiſſima. et in eternū nō peccabis. Dicit ꝛ memoro/as. actiuū.

Cice.
Idem.
Hieronymus.
Gregorius.
Cicero.
Hierony.
Idem.
Auguſtinus.
Hieronymus.

¶De conſtructione datiui.

Acquiſitiue verbum vult omne locatum
Cui quid fit ſiue eſt, acquirentis ſibi ternum
Actiue ſignans acquiſiti quoq; quartum.
Et quartum ad preeunte vel in, vice terni aliquādo
Vltra acquirentis ternum depoſtulat altrum
Quorſum ſignantis vocis quandoq; venuſte
Vel quartum ad p̄eunte vel in vice terni aliquādo.

De verbis acq̄ſitiuis cum dtō vel actō cū ad vel in.

¶ Omne v̄bū acquiſitiue poſitū regit dtm̄ caſum dictionis acquirētis. cui aliqd fit/ſiue eſt. Preterea omne v̄bū actiue ſignñs/regit actm̄ rei acquiſite. Vt ſi dicam Do tibi pecuniā. tibi eſt dictio acq̄rens. pecuniā eſt res acq̄ſita. Et in loco dti acq̄rētis regit interdū actm̄ intercedēte hac præpōne ad vel in. vt Molitur mihi/vl' in me inſidias. Terē. Nonne ad ſenē aliquā fabricā fingit. Idē. Edico ne vim facias in illam. Idē. Quā iniqui ſunt patres. in adoleſcētes iudices. Cicer. Ad Appij claudij ſenectutē accedit vt cecus naſceret. Vltra etiā dtm̄ caſum acq̄rētis/ꝛ actm̄ acq̄ſiti/verbū acq̄ſitiuū regit alterū dtm̄ dictionis ſign̄tis quorſum. vt ſi dicā. Do tibi equū. forte quæras: quorſum? reſpōdeo: dono. Teren. in eunucho. Hanc mihi dono dedit. Idē. Tu id laudi tibi ducis. Cice. Neq; negligētie mihi aſſcribas velim. Et aliqñ in loco illius dti ſign̄tis quorſum/regit actm̄ intercedēte hac p̄pōne ad vel in. Terē. in an. Ad hec mala hoc mihi accedit. i. additur. Cice. Ad illā optimā et preclarā p̄dā/velut cumulus accedit Sexti Roſcij dānatio. Teren. Se commendauit patri in clientelā. Exempla dictionis ſign̄tis/cui aliqd eſt. Cice. i epl'is Cura/vt intelligat. hanc nr̄am cōmendationē magno ſibi fore adiumento.

Teren.
Idem.
Cicero.
Teren.
Cicero.
Teren.
Cicero.
Teren.
Cicero.

Sum ſic conſimiles caſus nectentia verba
Supra acquirentis ternum caſum ſibi nexum
In ternum mutent. vltra ad quid ſignificantis
Depoſcuut altrum ternū, aut quartū ad præeunte.

De triplici datiuo.

Hoc v̄bū ſum ſiliter v̄ba ſiles caſus ꝯnectētia ſupra dtm̄ acq̄rētis poſſunt interdū mutare caſū poſt ſe ꝯnectū i dtm̄. Ter. Mihi ſoli ridiculo fuit: fiat tibi voluptati/efferet⁹ ſuꝫ mult, admiratiōi/dom⁹ mea patet tibi hoſpitio. Aſto tibi p̄ſidio/nat⁹ ſuꝫ mundo ludibrio. Preterea aliqñ venuſte poſtulāt aliū dtm̄ dictionis ſign̄tis ad qd: vl' actm̄ cum hac prepoſitione ad: vt ſum tibi vtilitati familie curande/vl' ad familiā curandā. Terē. Video oīa ſigna huic eſſe ad ſalutē. Idem. Aliquos aduocabo amicos q̄ mihi ad hanc rē adſint. Idē. Opus eſt vxori pluſcula ſupellectile ad nuptias. Hoc fit mihi commodo morbo leuando/vel ad morbum leuandum.

Teren.
Teren.
Idem.

Aſto tibi pſidio inimicis expugnandis/ vel ad inimicos expugnandos. ⁊ hoc modo poſſunt verba cum triplici datiuo cõſtrui.

Sum ꝓ habeo poſitum.

Sum pro habeo poſitum poſſeſſoris ſibi ternum
Poſtulat, atq; rei poſſeſſæ vult ſibi rectum
Infinitiuus ſibi ni quando modus obſtat.

¶ Hoc verbũ ſum interdũ pro hoc verbo habeo eſ ponitur: et tunc poſſeſſor in dtõ ponetur: et res poſſeſſa in ntõ: niſi per infinitiuũ impediatur. Uirg. Eſt mihi nanqȝ domi pater .i. habeo patrẽ. Niſi infinitiu⁹ obſtet/ tũc ntũs ponet in actõ. vt Nõ dubito fautores eſſe tibi .i. te habere fautores.

Sigñtia congruere occurrere: iubere: auxiliari/ inſiſtere/ famulari.

Poſt ſe depoſcit verbum quandoq; datiuũ
Signans congruere aut occurrere ſiue iubere
Auxilium ferre, aut inſiſtere vel famulari
Cum paribus ſenſu iubeo poſcit ſibi quartum.
Sed rogitant quartum leuo cum iuuo ſic ſua nata.

Perottus.

¶ Dtm̃ regũt verba quæcũqȝ ſigñtia cõgruere: vt cõgruo/ cõſentio/ aſſentio/ cõuenio/ arrideo/ applaudo/ aſſentior/ aſſentor adulor/ blandior. Siliter ſigñtia occurrere. vt occurro occurſo/ obuio obuenio/ interuenio/ euenio/ inuenio: ⁊ omnia ṽba cũ obuiam iũcta: vt eo/ ꝓdeo/ exeo/ venio/ redeo/ ꝓcedo/ curro occurro/ equito/ ꝓgredior/ egredior obuiam tibi. ¶ Inſuper ſigñtia iubere: vt iubeo/ impero/ mãdo ꝓcipio/ edico: q̃ etiã actm̃ regũt. ¶ Itẽ ſigñtia auxiliũ ferre: vt ſubuenio/ ſuccurro/ ſuppeto/ ſuppetias fero/ auxiliũ vel opẽ fero/ auxilior/ opitulor/ patrocinor/ adminiculor/ adſum/ præſto ſum/ pſidio ſum: ⁊ (vt vult Perottus) pficio. Sed leuo ⁊ iuuo cũ ſuis cõpoſitis regũt actm̃: vt leuo/ iuuo/ alleuo/ ſubleuo/ eleuo/ releuo/ adiuuo/ coadiuuo/ adiuto/ coadiuto pauperẽ. ¶ Dtm̃ etiã regunt ſigñtia inſiſtere: vt iſiſto in cĩbo/ infundo/ vaco/ intẽto/ intẽdo/ inuigilo/ inhæreo/ inhio/ indulgeo/ inſto/ aſto/ aſſiſto/ ſubſto/ ſubſiſto/ operam do/ animũ applico vel adiungo/ innitor. Præterea ſigñtia famulari: vt ſeruio/ deſeruio/ ſubſeruio/ miniſtro/ adminiſtro/ ſubminiſtro ſuggero/ ſubijcio/ milito/ famulor/ ancillor/ anniciniculor. cũ id genus alijs.

Ternum vel quartum ſibi ſubiungi rogitabunt
Hæc moderor, medicor, comitor, medeor vel adulor.

Sulpiti⁹
Aſcenſius
Uirgilius.
Lactan.
Terentius.
Uirg.
Idem.
Hieronymus.
Saluſtius
Cicero.
Sueto.
Cice.
Plinius.
Ouidius.
Tacitus.
Cice.
Ualeri.
Cice.
Lucre.
Plinius.
Cicero.

¶ Hæc ṽba moderor/ medicor/ comitor/ medeor/ ⁊ adulor. tam Sulpitio q̃ Aſcẽſio teſtibus: regũt indifferenter actm̃ vel dtm̃. ſi qua ſunt iis ſignificatione conformia regũt dtm̃ et actm̃. Uirg. Senibus medicantur anhelis. Lactan. li. vi. Iniquitatũ medere vulnerib⁹. Teren. Quas quũ res aduerſæ ſint: minus mederi poſſis. Uirg. xi. Sed nõ dardaneæ medicari cuſpidis ictum Eualuit. Dicitur etiã medico as. Idem Geor. Semina vidi equidem multos medicare ſerentes. Hierony. in Hieremia dixit. Quis medebitur tui. quod rarũ eſt/ ⁊ vix imitandũ. teſte Niniuita. Salu. Cuius libido gentibus moderatur. Cice. ꝓ M. Cæ. Pudor tu⁹ moderat orationi meæ. Sueto. in aug. Nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt. Cice. ꝓ balbo. Neqȝ eſſe conſtantiã puto: ſententiã aliquã/ tanqȝ aliqđ nauigiũ/ atqȝ ex reipu. tempeſtate moderari. lectũ eſt modero/ as. ¶ Comitor cõe eſt: vt comitor te: ⁊ abs te. Plini. Quicũqȝ eũ comitati fuerant. Legit etiã comito. as. actiuũ. Ouidi. ij. de ponto. Quẽ pia nobiſcũ proles comitauit euntem. ¶ Tacitus. Tigilliũ adulatus eſt. Inuentũ eſt adulo/ as. Ci. li. ij. tuſcu. Adulauit ſanguinẽ poſuit. hoc lambit vel ebibit. Uale. maxi. Si Dionyſiũ nõ adulares: iſta nõ eſſes. Hic paſſiuũ adulor arſ qđ raro legitur. Cice. j. offi. Nec adulari nos ſinamus. Lucretius. Lõge alio pacto gannitu vocis adulant. Plini⁹. Libro nouitas lenocinetur .i. blandiatur. Cice. Tibi ſeruiet. tibi lenocinabitur. cũ id genus alijs.

Vult ternum verbum ſuadere placere fauere
Et parere notans, ſimul ijs contraria ſenſu.

¶ Dtĩm caſum regit ṽba quæcũq; ſignĩa ſuadere: vt ſuadeo/ſubſuadeo/pſuadeo/diſſuadeo/conſulo. Sĩliter ſignĩa placere: vt placeo/morigero/inſeruio/ſatiſfacio/gratificor/obſequor/glorior: et his cõtraria. vt diſpliceo/ſuccenſeo/iraſcor: qđ etiam ablĩm (cũ præiuncto) poſtulat. Sĩliter ſignĩa fauere: vt faueo/aſpiro/annuo/innuo/cõquieſco/blandior/ſuffragor: & iſ cõtraria: vt noceo/officio/incommodo/impropero/inuideo/inimicor/iniurior/minor/minitor/refragor/ludificor/verba dare. Sĩliter ſignĩa parere: vt pareo/obœdio/obtempero/acqueſco/auſculto/et audio qñ p obœdio ſumũtur. Et iis ſenſu cõtraria: vt reſiſto/reſto/obſiſto/obſto/repugno/illudo/inſulto/oppono/obiicio/aduerſor/obuerſor/reluctor/obluctor/obnitor/renitor/inſideor. cum id genus aliis.

ſignĩa ſuadere/placere/fauere/parere.

Offendo et lædo poſt ſe quartum rogitabunt
Vult ſtomachor ſextum cũ præpoſito præeunte,
Et ſic iraſcor, quod vult quandoq; datiuum.

ſtomachor/iraſcor cũ dtõ vel abltõ prępõne adiunctũ.

¶ Offendo et lædo actm̃ poſtulant: vt offendi vel læſi pedem. Stomachor poſcit abltm̃ cum præpoſitione cum præeunte. Teren. Id equidem mecum ſtomachabar. Iraſcor regit abltm̃ cum præpoſitione/vel dtm̃: vt iraſcor tecũ/vel tibi. Plau. Non amabo iraſcet Amphitryo Soſiæ. Liui. xxxiiij. Ne vicem noſtram iraſcaris. ſubauditur propter vicem.

Terenti.
Plautus.
Liuius

Cum quibus eſt iunctũ con poſcũt plæraq; verba
Ternum vel ſextum cum præpoſito præeunte
Hos vltra quartum quæ ſunt actiua repoſcunt.

Verba cõiũcta cũ con dtm̃ vel abltm̃ cũ præeunte.

Verba plæraq; cõpoſita cũ præpõne cõ: dtm̃ vel abltm̃ cũ hac præpõne cũ poſtulant. vt congruo tibi vel tecũ/conſentio tibi vel tecum/cõgredior hoſti vel cũ hoſte & ea q̃ actiua ſunt vltra hanc conſtructionẽ regũt actm̃: vt cõparo Homero vel cum Homero Virgiliũ. Sed crebrius cum abltõ præeunte cũ conſtruuntur.

In citra motum verbis coniuncta quibuſdam
Nunc ternum poſcunt/ſextum nũc in præeunte.
Cũ motu poſcunt ternum aut quartũ in præeunte.
Et ſine præpoſito cum quarto lectum aliquando.

Verba cõiũcta cũ pͥpõne in datiuũ vel abltm̃ præeunte i poſtulant.

¶ Quædã verba cõpoſita cũ hac præpõne in citra motũ nũc cum dtõ/nũc cũ ablatiuo hac præpoſitione in præeunte conſtruuntur. vt infixit haſtam pectori/vel in pectore. Iniicio hunc ſcrupulum/vel in hunc. Inſilio naui/vel in nauem. Immitto ori/vel in os. Timor inuaſit animo/vel i animũ. Columella. Oliuæ ſicut matri inhærent. Cice. iij. de natu. deorũ. In vitio inhæreſcet. Et aliqñ licet raro & poetice cũ actõ ſine præpoſitione. Apuleius iii. vij. Longe peiores inhæſimus laqueos.

Columella
Cicero.
Apuleius

Verba ad certamen ſpectantia iungito ſexto
Cũ ſibi præiuncto, at terno hęc dat ſæpe poeta.

Verba certare ſignĩa regunt abltm̃ cũ pͥpõe cũ: & ſæpe datiuum.

¶ Verba ad certamen pertinentia regunt abltm̃ cũ hac præpõne cũ: vt certabo tecum. Poetæ tamẽ huiuſmodi verba dtõ ſæpe adiiciunt. Virg. Placido ne etiam pugnabis amori. Idem. Impar congreſſus Achilli. Idem Dic mecum quo pignore certes.

Virgilius

Omne petit neutrum ſignans excellere ternum
Vel quartum, et ſextum ſine præpoſito præeunte.

Verba excellere ſignĩa &c.

¶ Omne verbum neutrum ſignſ excellere. vt antecello/antecedo/anteeo/anteſto &c. regunt datiuũ et accuſatiuũ: & abltm̃ ſine præpõne. vt antecello tibi vel te viribus. Cicero pro Cornelio. Qui eloquẽtia cæteris antecellis. Sueto. in Auguſto. Magnificentia omnes anteceſſit. Plautus in aulu. Virtus oĩbꝰ rebus anteit. Tacitus. Nobilitate cæteros anteiret. Apuleius li. iiij. Robore cæteros anteſtabat.

Cicero.
Sueto.
Plautus.
Tacitus.

Apulei. Idem. Animi robore cæteris anteſtaret.

Dominor cum dtō / actō / ſiue abltō cū p̄pōne

Expoſcit dominor ternum aut quartū: præeunte
Nunc in / nunc inter. vel ſextum cum in ſibi iuncto.
Cum genito legitur dominor ſimul auxiliari.

Virgilius. Ouidius. Virg. Saluſtius. Hieronymus Idem.

¶Dominor/aris. regit aliq̄n dtm̄. Virg. Victis dominabit᷑ argis. aliq̄n actm̄ p̄eunte hac præpōne in vel inter. Ouid. Et q̄d dominari in cætera poſſit natus homo. Virg. Interq; nitentia culta Infœlix loliū/ et ſteriles dominātur auenæ. Aliquādo abltm̄ cū præpōne in. Saluſtius. Fortuna in omni re dominatur. Legitur in ſacris dominor cū gtō. Hierony. li. eccleſiaſtici. Dominat⁹ eſt beſtiarū. Idē in Eſaia. In die ſalutis auxiliatus ſum tui.

Acquirentis ternum / acquiſiti quoq; quartum
Actiuum impertit poſcit, quartumq; aliquando
Acquirentis et acquiſiti vult ſibi ſextum
Deponens et in or ſtructuram poſcit eandem.

¶Impertio. Terentius. ¶Impertior

¶Impertio actiuum/ regit dtm̄ acquirētis: ⁊ actm̄ acquiſiti. vt impertio tibi munus/ ⁊ aliq̄n regit actm̄ acquirētis: ⁊ abltm̄ acquiſiti. Teren. Sūma ſalute ſuū parmenonē impertit gnato. Impertior aūt deponēs eodē modo cōſtruitur.

¶De conſtructione accuſatiui.

De actiuorum cōſtructione.

Verbum omne actiuum præ ſe depoſcit agentem
Rectum vel quintum, & poſt ſe quartū patientem.

¶Omne verbū actiuū regit ante ſe ntm̄ vel vctm̄ agentem: et poſt ſe actm̄ patientem: vt ego lego Virgiliū.

Pulcre interdico ternum ſextūq; repoſcit
Cum terno et quarto legitur iunctūq; aliquādo
Rarius et q̄uis quartum et ſextum ſibi iungit.
Obſto quū ſignat quartū poſcit ſibi ſolum.

Sueto. Plinius Liuius Sueto. Liuius. Iuſtinus. Seneca. Ouidius. Idem. Cæſar Cicero

¶Interdico quadruplicem habet cōſtructionē. Primo elegātiſſime et frequentiſſime regit dtm̄ cū abltō. vt interdico tibi domo mea. Suetoni⁹ in Auguſto. Alteri ob ingratū et maliuolū animū domo et prouincijs interdixit. Sic impſonaliter recte dicimus. Plini. li. iiij. Quibus aqua ⁊ igni interdictū eſt. Scd̄o regit actm̄ cū datiuo. vt interdico tibi libros meos. Sueto. in Domiti. Interdixit hiſtrionib⁹ ſcænā. Liui. xxxiiij. Fœminis dūtaxat vſum purpuræ interdicemus. Iuſtin⁹ li. v. Cui paulo ante omnē humanā opem interdixerant. Seneca li. epl'arū. lxvij. Interdices mihi inſpectionē rerū naturæ. Oui. meta. vj. Cui quondā regiam orbem interdixit. Idē. Si iubes cæſar ſtatim illi domū meā interdicam. Tertio (q̄d rariſſimū eſt) inuenitur actm̄ cū abltō habere. Cæſar li. j. de bello gal. Omni Gallia romanos interdixiſſet. Quarto interdico pro obſto regit vnicū dtm̄. Cicero. iiij. in Verrē. Pater improbus/ cui nemo interdicere poſſit. i. obſtare. Notandū eſt diligēter verbum tam elegans.

Inuideo ternum poſcit, poſt hunc quoq; quartum
Interdum ſextum cum vel ſine præpoſitiuo.
Iunxit et antiquus Plautus terno genitiuum.

Martialis. Quintilianus. Seruius.

¶Inuideo quattuor modis cōſtructū legitur. Primo cū dtō ſolo. Marti. Omnib⁹ inuideas inuide nemo tibi. Scd̄o dtm̄ cū actō. vt inuideo tibi fœlicitatē/ diuitias ⁊c. Quintilianus videtur hanc cōſtructionē vt nimis antiquā dānare: verū quum apud latiniſſimos frequentiſſime legatur: et ornate quidem. recte imitandum. teſte Seruio in illud æneī. vij. Effecta ſenectus/ inuidet imperium. Idem alibi. Lo per pampineas inuidit collibus vmbras. Cicero. Optimã nobis naturã inuidiſſe videantur. Plinius. Neq; ego (vt multi) inuideo alijs bonũ quo ip̄ſe careo. Apulei. Mihi fortuna diuitias inuidet. Liui. li. ij. Nõ inuiderũt laudes ſuas mulieribus viri romani. Tertio dtm̃ cũ abltõ intercedẽte ꝑpõne de/vel in. Cicero ꝓ Lu. Flac. Purpurã tyriã in qua tibi inuideo. rarus tamen loquendi modus. Quarto Plautus ille antiqu⁹ quo nemo verborũ licentia (authore Valla) lenocinantior datiuo gtm̃ adiungit dicens in Muſtel. Ne eorũ quiſq̃ inuiderit commodi. qui loquendi modus a nobis fugiendus tanq̃ a ſcopulo ſi Phauorino apud gelliũ credimus.

Per poſſeſſiuum ni quũ reſponderis, in quo
Quem verbum quærens poſcit reſponde in eodem.

¶ Quando fit interrogatio reſpondendũ eſt per eundẽ caſum per quem interrogatio fit: vt ſi rogetur/quẽ quæris? Reſpõdere potes. te/vel Ioannem. Sed qñ fit interrogatio per hoc poſſeſſiuum cuius/cuia/cuiũ. vel gtm̃ huius interrogatiui quis quæ/qd. per gtm̃ eſt reſpondendũ: vt ſi quæratur. Cuiũ vel cuius eſt hoc pecus? reſpõderi poteſt: patris vel Melibei. Niſi quando reſponſio fiat per poſſeſſiuum: tunc enim reſpondebis in eodem caſu quem verbum interrogãs poſt ſe regit: vt ſi quæratur. Cuium vel cuius eſt hoc animal? Reſpondeas. Meum/tuum/ſuum: vel fraternum. Cuius vel cuia intereſt? mea/tua/ſua.

¶ Annotatio.

Quando regit varios caſus verbum, per eundem
Caſum tunc ſemper non reſpondere teneris.
Sed quandoq; aliũ quem verbũ vult ſibi iungi.

¶ Sed quando verbum interrogans regit poſt ſe varios caſus/non requiritur vt per eundem caſum reſpondeas; ſed interdum per alium caſum quẽ verbũ poſt ſe regit. vt ſi quæratur. Cuius criminis eſt accuſatus? furti ne/an homicidii? Reſpõdeas. neutro/vel de neutro: nõ aũt neutrius. Quanti emiſti hunc equũ. Viginti minis. non autem viginti minarum.

¶De conſtructione infinitiui.

Infinitiuus modus eſt pro nomine ſumptus
Perpulcre interdum. vice ſic quandoq; gerundi.
Pro primoq; modo raro. raroq; ſupino.

¶Infinitiuus modus præter propriã naturã. quattuor modis cõſtruitur. Primo modo ponitur loco nominis. vt furari vetitũ eſt. i. furtũ. Tædet me viuere. i. vitæ. Dominus dedit mihi ſapere. i. ſapientiam. Opus eſt ſacerdoti peccata cognoſcere. i. cognitione peccatorum. Authoritas Terentij in Andria. O dij boni quãti eſt ſapere. i. ſapientia. Perſius in ſaty. Mille hominũ ſpecies et rerum diſcolor vſus Uelle ſuum cuiq; eſt. voto nec viuitur vno. Uelle. i. voluntas. Secundo modo ponitur aliquando loco gerundij (vnde inferius dicemꝰ expreſſius) vt in illo Uirgiliano. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. i. cognoſcendi. Et per gerundiũ (teſte Seruio. cui ſuffragatur Ualla) hic loquaris. Tertio ponitur pro indicatiuo modo. Terentius in Eunu. Omnes mihi inuidere ⁊ mordere clanculum. Ego floccipendere. i. inuidebant/ego floccipendebam. Sed in ep̄lis ⁊ quotidiano ſermone raro ita loquimur. Quarto ponitur pro ſupino: ſed raro. vt rarus inuentu/ vel inueniri. dignũ cognitu vel cognoſci. facile dictu vel dici. ſed infinitiuus poeticã licẽtiam potius ſapit. Uirg. Et erat tum dignus amari. Lucanus. Facilis ſed vertere mentem. At illud in ſacris. Uado parare vobis locum. et dum irent emere. ꝓ vado paratũ. et irent emptũ/vel empturi. non eſt imitandum. Latiniſſimi eni ſic nunꝗ locuti ſunt. Hieronymus in hac interpretatione imitatꝰ eſt græcos qui ſupina non habent. ſed infinitiuo cum articulo eius loco vtuntur. Hic modus loquẽdi poetis et hiſtoricis parce permittitur.

Teren.
Perſius.
Uirgilius.
Teren.
Uirgilius.
Lucanus.

¶De cõſtructione hoꝝ infinitiuorũ. amatũ ire. amatũ iri. amaturum eſſe. & amãdum eſſe.

¶Differũt amatũ ire/et amaturũ eſſe (vt ſentit Ualla) ſic. Nam amatũ ire. eſt pñtis tp̄is oratio: ⁊ ſigt in via eſſe ad amandũ. Ut ſcio te amatũ ire. lectũ. ⁊c̃. i. ſcio ꝙ tu is amatũ/vel ad amandũ. legendũ. Nec poſſumus per ſupinũ et ire. circũloq̃ futurũ infinitiui: q2 inepte dicitur. Credimus antichriſtũ prædicatũ ire ꝯtra chriſtum. Dicendũ eſt. Credimus antichriſtũ ꝑdicaturum contra chriſtũ. Amaturum eſſe eſt futuri temporis. Et quanq̃ Diomedes. Donatus. Priſcianꝰ. cæteriq; grãmatici dicũt. amatũ ire. lectũ ire. eſſe futura infinitiui. decepti ſunt. ⁊ ſine authoritate loquũtur. Nullus eni veterũ tale ꝗd dixit. Audiui hunc amatũ ire. pro audiui ꝙ amabit. Quodſi ꝗs hoc redarguat: veterũ authoritatẽ (ſi poſſit) adducat. Alioqui Laurẽtio Uallæ. Niniuitæ. ⁊ alijs: qui hãc rem diligentius inueſtigarũt aſtipuletur. Amatum iri. futurũ eſt infinitiui paſſiui. recte accipitur pro amandũ eſſe. Et illud amatũ iri. ex ſupino et imperſonali iri. Non ꝙ ſignificetur iter quoq;. ſed ne ſine verbo motus/ponatur ſupinũ in um. Ut audiui primã comœdiã Terẽtianam lectum iri a ꝓceptore. i. audiuiq; a ꝓceptore legetur prima comœdia. Neq; dicas per fœmineum. aut plurale. lectam iri/vel lectos iri. Authoritas Terentij. Qui poſtq̃ audierat filio ſuo non datũ iri vxorem. Hic actus vxorem regitur a frõte ante datũ iri. Ergo eſt verũ futurũ huius verbi amor/aris. nõ ſolũ verbi imperſonalis amatur. Cicero. ij. rheto. Deinde cęteros a virtutis ſtudio repulſum iri. Non dices vxorem datam iri. nec cæteros repulſos iri. q2 imperſonale et indeclinabile illud futurũ. Et ſicut amatũ iri. amaturũ eſſe. ſine genere ⁊ numero dicatur. etiã apud latiniſſimos. ſed ſine eſſe. Cicero. v. in Uerrẽ. Quocũq; venerint: hãc ſibi rẽ ꝓſidio ſperat futurũ. et venuſte ita loquemur. teſte Gellio. cui ſuffragantur Aldus/Nebriſſenſis/Niniuita/Lãcilotus. Alia teſtimonia. Gracchus. Credo ego inimicos meos hoc dicturũ. Ualerius antias. Aruſpices dixerũt omnia ex ſententia proceſſurũ. Laberius in gemellis. Nõ putauit hoc eã facturũ. Hæc ex Gel. li. j. capite. vij. Frequentius nunc dicimꝰ. Audiui Annam iturũ eſſe Romam. Britan

Annotatio contra Diomedẽ/Donatũ ⁊ Priſcianum.
Amaturũ eſſe.
Amaturum ſine eſſe.

Valla

nos pugnaturos eſſe in gallos.&c. ꝙ Amaianiturum. ⁊ britannos pugnaturum. vt docet Valla.

¶Annotatio.

¶Valla negat latine dici. Aiunt Petrum exulatum ire. ſiue iri. pro eo qđ eſt. Aiūt ꝙ Petrus exulabit. Sed recte dici cenſet. Aiunt Petrū exulaturū / ſic vapulaturū. Trogus Iuſtinus. Illæ quaſi inperpetuum cum viris exulaturæ.

Iuſtinus.

¶De vſu & cōſtructione gerundiorum.

¶De vſu gerūdij in di.

De vſu gerun-dij in di poſt ſubſtantiua nomina.

Infinitiui ſenſus quando immediate
Poſt ſubſtantiuū comitatur non animatum /
Infinitiui ſenſum in di pone gerundo.
Et quandoq; modo cōiunctiuo vt præeunte.

¶Qñ ſenſus infinitiui modi immediate ſequitur poſt nomē ſubſtātiuū inanimatum in gerūdio in di ponetur. vt amor diſcēdi. cupiditas habēdi. ſtudiū legēdi. locus cognoſcēdi. Et aliqñ in cōiūctiuo mō. Terē. Sed ea gratia ſimulaui vos vt pertentarē. Idē. Ita ne obſtinate operā dat vt me a Glycerio abſtrahat.

Teren.
Idem.

¶Annotatio.

Infinitiuumq; modum, vice ſæpe gerundi
Vſurpant licite græcorum more poetæ.

¶Poetæ licenter in loco gerūdij vtuntur infinitiuo modo. græcorū more / qui gerūdijs et ſupinis carent. loco quorū vtūtur infinitiuo modo cū articulo. Et hæc regula eſt intelligenda nō ſolū de gerūdio in di: ſed etiā in dū. Authoritas. Virgi. ij. eneî. Sed ſi tant⁹ amor caſus cognoſcere noſtros. i. cognoſcēdi. Idem Soli cantare periti. i. cātādi. Hora. Codrus ꝓ patria nō timid⁹ mori. i. moriēdi. Exempla de infinitiuo loco gerūdij in dū. Virg. in Buco. Et cātare pares / ⁊ reſpōdere parati. i. ad cantandum et reſpondendū. Saulderius. Nō eſt apta legi / quæ non maturuit hærba. i. ad legēdum.

Virgi.
Idem.
Horatius.
Virg.
Saulderi⁹.

Infinitiui ſenſus quando immediate
Quæ genitum poſcunt poſt adiectiua ſequatur
Infinitiui ſenſum in di pone gerundo
Et quandoq; modo coniunctiuo vt præeunte.
Infinitiuo aut græcorum more aliquando.

Vſus gerūdij in di poſt quædā adiectiua pro verbalibus poſita.

¶Qñ ſenſus infinitiui modi immediate ſequitur noīa adiectiua q̄ gtīm regūt ponetur in gerundio in di. Et quandoq; in coniūctiuo modo vt præeūte. Terē. Quā cupida erā huc redeundi. Ille eſt auidus lucrandi vel vt lucretur. Cyrillus ad diuū auguſtinū in quadā epl̄a. Formādi vocē nullaten⁹ cōpos eram. Aliqñ in infinitiuo modo. Aliqñ enī poſt hmōi adiectiua poetæ vtūtur infinitiuo modo loco gerūdij. vt dixim⁹. Sil. Nauus abire timor. certus eundi / vel ire. Sic timens cupiēs timid⁹ cupid⁹ doctus certus prompt⁹ peritus auidus cātandi vel cantare. authore Niniuita.

Teren.
Cyril.
Sillius

Cum ſenſus geniti præſentis participantis
Poſt quoduis nomen ſubſtantiuū comitatur /
Vel genito hunc ponas verbalis / di ve gerundo.

Vſus gerūdij in di poſt ſubſtātiua verbalia.

¶Qñ ſenſus gti caſus participij pñtis tpis ſequitur poſt quodcūq; ſubſtantiuum ponetur indifferēter vel in gerūdio in di vel in gtō noīs verbalis. vt princeps pingendi / vel picturæ Apelles. Virg. Pater ipſe colendi. Cice. Ille dicēdi optimus.

¶ De vſu gerundij in dum.

Infinitiui ſenſus quando rationem
Subſequitur, cauſam qui declarat rationis:
Infinitiui ſenſum in dum pone gerundum
Ad præeunte vel ob propter, raro in ſimul ante.
Et quandoq; modo cõiunctiuo vt præeunte.

Qñ ſenſus infinitiui ſubſequitur rationẽ declarans cauſam rationis in gerundio in dũ ponetur hac ꝑpõne ad præiũcta. ⁊ aliqñ ob vel ꝓpter. ⁊ aliqñ (licet rarius) in et ante. Terentiꝰ. Dices mihi vt ſatis ſit ad agendũ vereor. Ualla. Ego veni ob vel ꝓpter te redimendũ. vado ad vel in capiendũ hoſtẽ. Uirg. Nãq; ante domandum ingentes tollent animos. Et aliqñ ille ſenſus infinitiui in cõiunctiuo modo (hac cõiunctione vt præiuncta) ponetur. Cicero. Scio te oĩa facturũ vt nobiſcũ q̃primũ ſis. Teren. Puellæ hæc adornant vt lauet ad hortos.

Terentius.
Ualla.
Uirgilius.
Cicero.
Teren.

¶ Annotatio.

Poſt bonus atq; malus celer indignus faciliſq;
Dignus difficilis doctus nauus piger audax
Parq; potens habiliſq; paratus ineptus & aptus.
Cũ genus id reliquis vice dum quãdoq; gerundi/
Infinitiuum pulcre ſibi iungere poſſunt.

¶ Poſt hæc adiectiua/ ⁊ id genus alia elegãter vſurpare poſſumus loco gerundij ĩ dũ aliqñ infinitiuũ modũ. vt miles bonꝰ/ vel aptꝰ ad pugnãdũ vl' pugnare. Hora. Audax oĩa ꝑpeti gens humana fuit. Stati. Ille quidem diſco/ bonꝰ ⁊ cõtẽdere curſu. Hora. Celerq; ſeq̃. Uirg. Et erat tũ dignus amari. Luca. Facilis ſꝫ vertere mẽtẽ

Horatius.
Statiꝰ
Horatius
Uirg.
Lucanus.

Poſt curo mando loco ſic conduco habeoq;
Pro debet, ſine præpoſito dum pone gerundum.

¶ Poſt hæc ṽba curo/ mãdo/ loco: habeo ꝓ debeo ſumptũ/ gerũdiũ in dũ ſine ꝑpõne ſemꝑ vſurpant authores: vt ſepulturã faciendã locabant/ colũnã faciendã conduxerãt/ gladiatores vi rapiẽdos mãdabat/ lapides iaciẽdos curabat/ ꝯſolãdos eos magis q̃ puniẽdos habui. Hæc Ual. Uirg. Treitio regi furti mãdarat alẽdũ.

Ualla
Uirgi.

In dum perpulcre licet vſurpare gerundum
Imperſonale eſt ſibi coniũcto loco oportet.
Terno et ponetur vox quæ recti eſſe videtur.
Et quandoq; habeo ponetur ſub vice oportet.
Vel rus participans, vel dus cum ſum ſibi iuncto.

Gerũdiũ in dũ cũ ẽ/ loco oportet: vl' participiũ ꝓoris futuri: aliqñ poſterioris.

Loco huiꝰ verbi oportet ꝑpulcre vſurpare licet gerũdiũ ĩ dũ/ cũ hoc ṽbo eſt imꝑſonali ſibi adiũcto: ⁊ dictio q̃ videt̃ eſſe nti caſus ponet̃ in dtõ. Terẽ. Alieno more viuendũ eſt mihi. Et aliqñ loco oportet vſurpatur habeo/ es. Siliter participiũ tam prioris q̃ poſterioris futuri. Cice. ad Lentu. Tantũ habeo polliceri. Idẽ in Catone maiori. Neq; ea ſolũ cõuenire habeo quos vidi: ſed etiã q̃s audiui. Qđ vt Ualla interꝑtat̃: idẽ eſt qđ pollicẽdũ ⁊ cõueniendũ eſt mihi/ vl' ꝯuenire me oportet. Quīti. Nõ ſit ꝓceptor eoꝝ q̃ emendãda erãt diſſimulator. i. q̃ emẽdari oportuit.

Teren.
Cicero.
Idem.
Quintilianus.

Inter præiuncta licet vſurpare gerundum
In dum perpulcre nõnunq̃ ſub vice recti
Caſus, atq; ſui verbi, quum aut dũ præeunte
Participans vel in ens, præiũcto in do ve gerundũ.

Gerũ. ĩ dũ cũ inter. loco nti caſus et verbi cũ dũ aut quum.

Quartum aut verbalis, ſimilis vel nominis, inter
Præiuncta, aut ſextum cū præpoſito præeunte.

Uirgilius.

❡ Loco nti caſus et verbi hoc aduerbio dū/ aut quū p̄eunte venuſte vſurpare licet gerundiū in dū p̄iūcta hac ꝓpōne inter. Uirg. Et inter agendū occurſare capro (cornu fert ille) caueto. hoc eſt dū vel quū agas. Aliqñ etiā gerundiū in do p̄iuncta hac ꝓpōne in. Et aliqñ actm̄ cū inter/ vel ablm̄ cū in nominis verbalis/ aut alteri⁹ nominis ſimilis. vt inter conſultandū/ in conſultando/ inter cōſultatiōes vel cōſilia/ in conſultatione/ vel cōſilio. hæc Ualla.

Infinitiuum nunꝗ̄, ſed iunge gerundum
In dū poſt verbū requieſcere ſiue mouere
Vel vocitare notans, poſt flagitor & paror hortor
Infinitiuum ponas, in dum ve gerundum.

Ualla.
Uirgilius

❡ Poſt ꝟba ſignātia quieſcere/ mouere/ vel vocare: infinitiuus modus nunꝗ̄ vſurpatur/ ſed ſemꝑ gerūdiū in dū: vt vocaui te ad currendū: nō aūt currere. Sto ad p̄dandū. nō aūt p̄dari. ſedeo ad audiēdū. nō aūt audire. eo ad videndū. ⁊ nō videre. Sed poſt hæc flagitor/ paror/ hortor: indifferēter infinitiuū modū vl' gerūdiū i dū vſurpari pōt: vt flagitor reſpondere vel ad reſpondendū. ſum paratus ſcribere/ vel ad ſcribendū. hortor ſtudere/ vel ad ſtudēdū. hæc Ualla. Et quanꝗ̄ Uirgili⁹ dicat. Quoniam cōuenimus ambo. Tu calamos inflare leues/ ego dicere verſus. In ſoluta tamē oratione infinitiuus hmōi nō eſt vſurpād⁹. Metri eni cauſa infinitiuum loco gerūdij licēter vſurpat græcorū more qui gerūdijs carēt. vt alibi. Et ſi tant⁹ amor caſus cognoſcere noſtros. pro cognoſcendi poſuit cognoſcere.

Infinitiuum deſiſto, deſino, ceſſo,
Poſt ſe coniūgi poſcūt, nunꝗ̄q; gerundū.

Teren.

❡ Hæc ꝟba deſiſto/ deſino/ ceſſo: infinitiuū modū ⁊ nunꝗ̄ gerūdiū in dū poſt ſe ſubiungi poſtulāt: vt deſiſtas vel deſinas lachrymari: nō aūt ad lachrymādum. Terē. Luceſſit/ cur ceſſo pulſare oſtium vicini.

❡ De vſu gerundij in do.

Senſus participi pręſentis quū ſine fixo
Eſt ſitus & ſenſus cuiuſꝗ̄ præpoſitorum
Iſtorū præit in, vel ab, ex, e, de, ſimul a, cum,
In do participi ſenſum tu pone gerundo
Præpoſitis iſtis ſimul omiſſis aliquando.

Teren.
Saluſtius.
Pli. minor.
Cicero.
Teren.
Quintilianus.
Teren.

❡ Quū ſenſ⁹ participij p̄ntis tpis ſine adiectiuo ſubiūcto eſt ſit⁹ p̄cedēte ſenſu cuiuſꝗ̄ iſtarū ꝓpōnū. in/ a/ ab/ de/ e/ ex/ aut cū. Ille ſenſus participij i gerūdio i do ponetur iſtis ꝓpōnib⁹ aliqñ ꝓpoſitis/ aliqñ vero omiſſis. Teren. In apparādo totū hūc cōſumunt diem. Salu. Cæſar dando ſubleuando. Cato nihil largiendo/ gloriā adept⁹ eſt. Plini. minor. Sermonib⁹ diē tranſigebat/ quū a ſcribēdo vacaret. Cicero. Ab eundo factus eſt ſatur. Idē. Quid cogitas [illegible] eundo in Epyrū. obrutus eſt e bibēdo nimis. Terē. Putāt id fieri ex aſſentan[illegible]uintilia. Sed ratio recte ſcribēdi iūcta cū eloquēdo eſt. Teren. Ambulando ſum defeſſus.

Infinitiui ſenſus poſt verba precandi
Quādo ſubſequitur, non in do pone gerūdo
Infinitiui ſenſum, ſed pono modo illum
In coniunctiuo præeunte vt ſiue remoto
Ac infinito (quod rarius eſt) aliquando.

❡ Quū ſenſus infinitiui modi ſeꝗtur ꝟba q̄ p̄cari vel orare ſignāt. Ille ſenſus infinitini nō in gerūdio in do (vt quidā ignari cēſuere) licet in coniūctiuo mō (hac cōiunctione vt p̄eunte/⁊ aliqñ omiſſa) poni debet. Cice. Peto vt honoꝶ mei cauſa eū expedias. Idem ad Att. Abs te peto/efficias: vt is cōmendatione hāc intelligat ſibi adiumento fuiſſe. Et quandoq (licet rarius) in infinitiuo modo poni poteſt. Gelli. Nerea Martis te obſecro pacem dare.

Cicero. Idem. Gellius

Sum pulcre iunctum cum do quandoq; gerundo
Infinitiui ſenſum poſſumq; notabit.
Soluendo non ſum, ſignat nō ſoluere poſſum.

¶ Soluēdo nō ſum .i. nō poſſū ſoluere.

¶ Gerundiū in do cū hoc verbo ſum ſibi adiuncto ſig̃t idē qḋ poſſum cū infinitiuo verbi. Quint⁹. Placeam⁹ nobis licet fortuna noſtra pateat pauperi ſoluēdo nō ſum⁹ .i. ſoluere non poſſumus. Hæc Valla. Cice. li. epl'arū. iij. Quæ ſoluendo ciuitates non eſſent. Cū alio verbo ꝙ̄ ſum/non legitur hic modus loquendi.

Quintilianus Valla. Cicero.

¶ De voce et regimine gerūdioꝝ actiue ſumptorum.

¶ De gerūdiis actiue ſumptis.

Actiue dum, di, do, ſumpta gerundia: recti
Singlari ac geniti quarti et ſexti quoq; voce.
Atq; ſui verbi caſus poſt ſe rogitabunt.
Et ſine caſu vllo ſita ſunt quandoq; ſolute.

¶ Gerūdia actiue ſumpta/in nti voce/gti/acti/⁊ abltī ſingulari dūtaxat ſunt variāda. vt ntō videndū. gtō videndi. actō videndū. abltō videndo. Et eos caſus quos ſua verba regunt poſt ſe poſcunt. Et aliqñ abſolute ponūtur. vt apud Terentium. Ego vapulando/ille verberando ambo defeſſi ſumus.

Teren.

¶ Annotatio.

¶ Exempla de gerūdio ſubſtantiuato in ntō. Et qꝛ multi et plærique id negāt teſtimonia fide non indigna inferantur. Virg. Pacem troiano ab rege petendū. Hoc in loco petendū: terminatio nti caſus eſt. Et eſt ſenſus. Petendū ſupple eſt pacē. Hic actūs pacem regit a gerūdio in voce nti caſus/petendū. Priſcianus dicit recte dici legendū eſt/fuit/erit/poetam. orationē. carmē. Cui ſuffragatur Aldus. qui dicit optime dici pſalmos legendū eſt. nec inuſitatū/nec inuenuſtū. Authoritas. Lucre. Eternas quoniam pœnas in morte timendū. Varro li. iij. Colligendū eas i vas aliquod. Idem libro eodem. Singulis vbi pariunt faciendū aras quadratas. Et alibi. In fœtura potius dandum hordeaceos panes/ꝙ̄ triticeos. Cicero li. xiiij. ad atticum. Iterandum eadem iſta. mihi. ſubauditur eſt. Gelli. li. vij. Omnia q̄ pater iuſſerit parendum. Et hic vox nominatiui gerundij reſoluetur per oportet/aut opus eſt. vt in illo Plinij. ij. Græcis vtendum erit vocabulis. i. oportet/vel opus eſt. vti græcis vocabulis. Iuuenalis. Viuendum recte quū ꝓpter plurima/tum de his p̄cipue cauſis. i. oportet viuere recte. Vel opus eſt recte viuatur: quum viuendus. da. dum. non dicitur.

Virgilius. Lucre. Varro. Idem. Cicero Gellius Plinius. Iuuenalis.

¶ De declinatione & vſu gerundiuorum paſſiue ſumptorum.

De gerūdiuis nōibus paſſiue ſumptis.

Di dum do interdū ſunt ſumpta gerūdia pulcre
Paſſiue/quæ tunc flectuntur poſterioris
More futuri participi, quadrareq; debent
In genere et numero cum ſubiunctis ſibi fixis.
Fixa ſed in caſu debent quadrare gerundis
In conſtructura ſunt actiue reſoluta.

¶ Gerūdia in di/dū/et do/ornate interdū paſſiue ſumūtur ⁊ mutātur in adiectiua gerundiua/⁊ declinantur more participij poſterioris futuri: vt ntõ amãdus/da/dũ: gtõ amandi/dæ/di. ⁊c. ⁊ in gñe et nũero quadrare debent cũ ſubiunctis ſubſtãtiuis. In caſu tamẽ ipſa ſubſtãtiua cũ gerũdijs cohærere debẽt. vt delectatio fruendi principatus/fruendæ prouinciæ/fruendi imperij. Moleſtia educãdorũ filiorum/locandarũ filiarũ/colendorũ p̄diorũ. ¶ Exempla de gerũdio in dũ. Eo ad ſalutandũ fratrẽ/ſalutandã ſororẽ/ſalutandũ ſydus. ad ſalutandos fratres ſalutandas ſorores/ſalutanda ſydera. ¶ Exempla de gerũdio in do. vt occupatus ſum in arando agro. collocanda filia. emẽdo p̄dio. in arandis agris. collocandis filiabus. emẽdis p̄dijs. Hæc Valla. Et in conſtructione actiue reſolui debẽt ſic. delectatio fruendi principatu/prouincia/p̄dio. Moleſtia educãdi filios/collocãdi filias/emẽdi p̄dia. ⁊ ſic de cæteris.

Valla.

¶Annotatio.

Differẽtia iter gerũdiũ ⁊ gerũdiuum.

¶ Gerundiũ eſt qđ in di dũ do deſinẽs/verbi cõſtructionẽ gerit. vt venio cauſa audiendi hiſtoriam. Gerundiuũ eſt adiectiuũ a gerũdio ductũ. et declinat more adiectiui: vt audiendus/da/dũ. ⁊ cõuenit in gñe et nũero cũ ſubſtantiuo adiuncto. vt venio cauſa audiendæ hiſtoriæ. ¶ Gerũdiua et gerũdia differũt a participijs futuri in duo. authore Valla. ꝙ participia ſignt rei adminiſtrationẽ cũ tp̄e: et per relatiuũ et verbũ futuri tp̄is declarãtur. vt expecto pecuniã ſoluendam cras. i. quæ ſoluetur cras. Gerũdia ſiue gerundiua ſignt rei adminiſtrationẽ ſine tempore determinato. nec declarantur per relatiuũ. ſed per coniunctiuum modũ et vt. veluti ſi dicam. Veni huc cauſa videndi te. i. vt videam te. huc veni cauſa tui colloquendi id eſt vt colloquar tecum.

Differẽtia iter gerũdiua ⁊ participia.

Quũ in recto aut terno ſunt ſumpta gerũdia, fixis
Coniũctis, quadrant genere et caſu numeroq;.
Eſt rectus per dum per doq; aliquãdo gerundũ.
Eſt ternus per dum conſtructura reſolutus.

¶ Qñ gerũdia in ntõ vel dtõ locãtur. in caſu gñe et nũero cũ adiũctis ſubſtãtiuis cõuenire debẽt. Vt apud Virgiliũ. Voluenda dies en attulit vltro. Et ntũs dupliciter reſolui poteſt. Aliquando in gerundiũ in dũ. vt in illo Teren. Mos gerendus eſt Thaidi. qđ ſic reſoluitur. mihi morem gerendũ eſt Thaidi. Idẽ alibi. Mihi molendũ eſt habẽdæ cõpedis. i. mihi habendũ eſt cõpedes. Aliqñ in gerũdio in do. vt in illo Virg. Voluẽda dies en attulit vltro. qđ reſoluitur. dies voluẽdo/vel dũ voluitur. Sic anni voluẽdi tacito nos edunt. hoc eſt anni in voluendo: vel temporis reuolutione edunt. Dtũs gerundij per gerundium in dũ tantũ reſolui debet. vt in illo Terentiano. Natum me credo ferendis miſerijs. quod ſic reſoluitur. natũ me credo ad ferendum miſerias.

¶Annotatio.

Caſibus adiunctis nullis/quandoq; ſolute
Paſſiue ſunt in dum doq; gerundia ſumpta
Flexaq; ſunt geniti/quarti/ſexti quoq; voce.
Di ſumptũ raro eſt paſſiue/ſed præeunte vt
Eſt modus illius coniunctiuus vice ſumptus.

Saluſtius.
Virg.
Idem.
Iuſtinus.
Idem

¶ Gerũdia in dũ et do paſſiue ſumpta: aliqñ (nullis adiũctis ſibi caſibus) abſolute ponũtur. Salu. Pauca ſupra repetam quo ad cognoſcendum illuſtria magis magiſq; in aperto ſint: hoc eſt cognoſcãtur. Virg. Alitur vitiũ creſcitq; tegendo. Idẽ. Aegreſcitq; medendo. hoc eſt dũ tegitur et medetur. Gerundiũ in di aliqñ (licet rarius) paſſiue ſumit. vt apud Iuſtinũ de regio puero li. xvij. Athenas quoq; erudiendi gratia miſſus. hoc eſt vt erudiatur. Idẽ in ꝓlogo primi libri. Qđ ad te imperator Antonine nõ tam cognoſcẽdi ꝙ emendandi cauſa trãſmiſi: hoc eſt vt cognoſcatur et emendetur. vſitatius tamẽ (vt Vallæ ⁊ alijs placet) loco illius gerũdij in di vſurpatur coniũctiuus modus paſſiuæ vocis. vt hæc vrbs eſt in periculo vt capia-

Valla.

tur. Neqꝫ rationē vllā video ꝙn gerūdiū ī dī hoc in loco vſurpari poſſet. quare enim (pace qđ Uallenſis aliorūqꝫ fiat) nō licet dicere. Merces huc apportantur/venundi gratia. Itē hæc mulier ad nubendi maturitatē ꝑuenit. qm omnes grāmatici hmōi paſſiua et alia cū gerūdijs inflectāt. Sed hæc ſuperiora Iuſtini exēpla Uallam latuiſſe arbitror.

¶Annotatio.

Pluralem genitum di aliquando gerundia poſcunt
Ornate poſt ſe coniungi ſub vice quarti.

¶Gerūdia in di non inuenuſte gīm̄ pro actō ꝑſertim in pl'ali aliqñ habere poſſūt. Licet Ualla neget vitio nō carere. vt cōpoſui hūc librū inſtituendi pueros gratia. ſic grāmaticus diceret. Orator etiā. inſtituendi puerorū gratia. Plin. iue. Quū illorum videndi gratia me in forū cōtuliſſem. Liui. xxi. Non vereor/ne qs hoc veſtri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet/ipm aliter animo affectū eſſe. Plautus. Nominādi iſtorū tibi erit magis ꝙ̄ edundi copia. hic apud me. Teren. in ꝓlo. Heu. Date creſcendi copiam nouarū. Cice. in ii. de diuinatione. Dolebas tantam ſtoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. pro irridendi ſe. ⁊ capitur actiue irridendi: et non paſſiue. Sueto. in Augu. Exacta locandi licentia diripiendiqꝫ pomorū. obſoniorū. rerūqꝫ miſſiliū. Sīlis locutio eſt illi Plautinæ. Nominādi iſtorum: vt notauerūt Beroaldus ⁊ Sabellicus. Cæſar. vij. de bello galloꝝ. Uſqꝫ eo vt q̄ ſub valle tenderent mercatores recipiendi ſui nō habent, poteſtatem.

Plinius.
Liuius.
Plautus.
Teren.
Cicero.
Sueto.
Cæſar.

Quando relatiuum ſequitur poſt ipſa gerunda
Actiue et nunq̄ paſſiue ea ſumere debes.

¶Cū poſt ipſa gerundia relatiuū ſequitur nunꝙ̄ paſſiue ſed ſemꝑ actiue (authore Ualla) ſumi debent: vt hic dies attulit initiū dicendi ea quæ vellem: non autem dicendorum eorum quæ vellem.

¶Annotatio.

¶Gerūdia ⁊ ſupina (teſtibus: Probo/Diomede/Donato/Seruio/⁊ Ninſulta) verba ſunt dicenda. quibꝰ aſtipulatur Quintilia. Et dicūtur gerūdia quaſi vim verbi gerentia. Et licet obijciatur gerūdia habere caſus. ⁊ verba omnia ſignificare ſine caſu. ergo non eſſe ꝟba. Reſpondeatur. Quū Donatus dicit. Uerbū eſt pars orationis ſine caſu. Intelligendū i ſt. ſine caſu cuius genus accidit. Sic gerūdia ſunt ſine caſu cui genus accidit. qꝛ nullius generis ſunt: vt genus in noīe capitur. Et ita diffinitio verbi gerūdijs et ſupinis bene cōuenit: nullo aūt modo noīa ſunt: qꝛ nec adiectiua nec ſubſtantiua genus recipiūt. Sed verba ſunt. vt ex Boetio probat Ferrettus: dicens nullius eſſe caſus. niſi voce tantū: qꝛ quum dico ad amādū. ad (inq̄t) aduerbiaſcit. pro vt: qꝛ ſenſus eſt. Sedeo ad legēdū. i. vt legā. Præterea ſi obijciat̄ omnia verba alicuius eſſe ꝑſonæ. numeri. modi ⁊ tēporis. ſed hæc oīa deſunt gerūdijs et ſupinis. non ſunt igitur gerūdia et ſupina verba. Reſpondeatur. Licet gerūdia et ſupina determinate/⁊ per ſe nō ſunt alicuiꝰ perſonæ. nūeri. modi. ⁊ tpis. ⁊c̄. tamē ſunt alicuiꝰ ꝑſonæ. nūeri. ⁊c̄. indeterminate. vel ex adiuncto. Ut ſi amandi ꝑ ſe effere determinatā perſonā nō dabis. At ſi dicas occaſio amandi te fuit mihi virtus tua. Iam amādi manifeſte eſt ꝑmæ ꝑſone. ſingularis nūeri. ꝑteriti impfecti tpis coniunctiui modi. qꝛ per tale verbum declaratur ſic. Occaſio vt te amarē fuit virtus tua. Sīliter reſpondeatur de verbis imperſonalibus ⁊ verbis infinitiui modi. Ualla cēſet gerundia poſſe dici participia præſentis tpis. qꝛ per participia præſentis tpis fere declarantur tā gerūdia ꝙ̄ gerundiua: vt iuſiurandū. Sed vt ex prædictis colligere licet potius verba ſunt.

Gerūdia ⁊ ſupina ſunt verba.
Obiectio.
Diffinitio.
Obiectio
Gerundia ſunt participia opinione Uallæ.
gerūdiua noīa adiectiua ſunt.

¶Gerundiuū eſt adiectiuū nomē a gerūdio ductū. vt legēdus. da. dū. Quod ſi obijciatur. Gerūdia habēt genera et caſus. in vtroqꝫ nūero. vt venio cauſa legēdi libri audiendæ hiſtoriæ. ad ſalutandos. ⁊c. teſte Ualla. Ergo negaſti male gerūdia genera habere. Reſpondeatur. Ualla large capit gerūdia. ꝓ gerūdijs/et gerūdiuis. Itaqꝫ Donatus ⁊ Sulpitius alijqꝫ dicētes. gerundiū ſolū tres terminationes habere. di. dū. do. ſeparant gerūdia a gerūdiuis.

¶Obiectio.
Solutio.

¶De vſu ſupinorum.

Quando poſt verbum vel participale gerundũ
Ad loca quod motum ſignat/ſenſus comitatur
Infinitiui: hunc tu pone priore ſupino.
In dum (ſi libeat) ponas illum ve gerundo.
Et quandoq; modo coniunctiuo vt præeunte.
Atq; aliquando prioris participante futuri.

Teren.
Idem.
Cicero.
Uirgilius.

¶ Qñ ſenſus infinitiui modi ſequitur poſt verbũ participiũ vel gerundiũ/ q̃d motũ ad locũ ſigñt ponetur in priore ſupino vel in gerundio in dũ / aliqñ in participio prioris futuri. aliqñ in coniunctiuo modo præeũte hac cõiunctione vt. Teren. Penates ſalutatum diuertar. Idẽ. Ultro me accuſatũ aduenit. Cice. Nõ ad Antoniũ audiendũ veniſti. Ter. pcurro ad forũ vt dicã tibi oĩa hęc. Uirg. Si paritur⁹ abis.

Interdum liceat prius vſurpare ſupinum.
Poſt verbum includens in ſe motum latitantem
Vt loco doq; datur/cum compoſitis voco mitto.

Teren.
Horatius
Teren.

¶ Licet nonnũq̃ vſurpare prius ſupinũ poſt verba latentẽ motũ in ſe includentia qualia ſunt do et eius paſſiuũ daris vel dare/ loco colloco et voco ⁊ mitto cũ compoſitis vt inuoco/ admitto. Teren. Cũ filiã huic nuptũ do. Idẽ. Datur ne illa hodie Pamphilo nuptũ. Hora. in arte. Spectatũ admiſſi riſum teneatis amici? Teren. Si quãdo illa dicet Phedriam intro mittamus cõmeſſatũ: tu Pamphilũ cãtatũ puocem⁹ dic. Idẽ alibi. vt potui virginẽ nuptũ collocaui.

Infinitiui ſenſus quando immediate
Poſt adiecta bilis vel ilis finita ſequatur
Poſt ve gradus medij neutrũ genus & ſuperãtis
Hunc ſenſum ponas in poſteriore ſupino.

Teren.
Uirgil.
Teren.
Saluſtius

¶ Qñ ſenſus infinitiui immediate ſequitur nõia adiectiua in ilis vel in bilis finita vel neutrũ genus cõparatiui aut ſuplatiui gradus ponet̃ in poſteriori ſupino. Ter. Non eſt facile expurgatu. Uirg. In breuia ⁊ ſyrtes vrget miſerabile viſu. Teren. Nihil facilius factu. Salu. Optimũ factu credens exercitũ augeri.

Poſt adiectiua hæc licet vſurpare ſupinum
Poſterius: dignus, mirandus, mirus, acerbus
Lucidus, obſcurus, clarus, ſic perſpicuuſq;,
Obſcœnus, turpis, iocundus, periculoſus,
Abſurdus, fœdus, rarus, pulchrum atq; ſalubre.

¶ Poſterius ſupinũ vſurpatur poſt hæc adiectiua ſuperius dicta. vt dignũ annotatu. mirandũ vel mirũ auditu. acerbũ aſpectu. lucidũ intellectu. obſcurũ cognitu. clarũ pceptu. perſpicuũ iudicatu. obſcœnũ vel turpe dictu. iocundũ memoratu. periculoſum factu. abſurdũ/ fœdũ/ vel pulcrũ viſu ſalubre potu.

Deq; loco motum quæ ſignant verba ſupinum
Poſterius nunq̃ rogitant in do ve gerundũ
Poſt ſe: ſed ſemper nomen verbale aliud ve
Quod ſimile eſt nomen cũ prępoſito præeunte.

Uerba ſignãtia motũ de loco nunq̃ volũt poſteri⁹ ſupinũ vel gerũdiuũ in do (vt quidã periti cẽſuere) ſʒ nomẽ v̈bale vł aliud nomẽ ſiłe p̃ucta ꝑpõne (authore Ual.) vt redeo a venatione nõ aũt venatu vł venãdo. redeo a cœna: nõ aũt cœnatu vł cœnãdo

¶De vſu & venuſtate participij.

Binis de cauſis inuentum participans eſt
Vel ſermo vt breuior fiat dilucidiorq;
Quando excludatur coniunctio ſiue relatum
Aut aduerbum, vel quod fit quandoq; neceſſe
Vt per participans habeas exprimere quædam
Quæ vetitat dici per verbum ſermo latinus.

¶Participiũ duabus de cauſis inuentũ fuit. Primo vt orõ eſſet breuior dilucidiorq; omiſſis relatiuis aduerbijs et coniũctionibꝰ. Scḋo ꝓpter neceſſitatẽ: q: aliqñ fit neceſſe vt quædã ꝑ participia ꝓferãtur q̃ per verbũ dici non ſinit latinitas.

¶De excluſione coniunctionis copulatiuę.

Perpulcre verbi pro tempore ſæpe futuro/
Sumere ſum poſſis et participale futurum.

¶Participiũ futuri tp̃is cũ hoc ṽbo ſum/es/fui. ꝑpulcre nonnũq̃ ſumi poteſt pro futuro tp̃e verbi: vt cũ dico cõtinuo huc veniet. pulcrius dr̃: cõtinuo eſt vẽturus.

Quum duo verba ſimul cõiunctio copula iungit/
Excludi poterit coniunctio ſæpe venuſte
Alterutro verbo mutato in participale.

¶Quũ duo verba per ꝯiũctionẽ copulatiuã cõnectũtur omiſſa ꝯiũctione copulatiua/alterutrũ illorũ verborũ venuſte in participiũ ſæpius cõmutari põt: vt ſi dicã/ viuit et valet. Venuſtius dr̃: viuẽs valet/vel viuit valens.

¶De excluſione quãq̃ niſi/cũ ſimilibus.

Quũ verbũ præeunt niſi quanq̃ cõſimileſq;
Pulcre in participans verbũ mutare licebit.
Omiſſis illis ſimul expreſſis aliquando.

¶Qñ verbũ præcedũt: niſi/quãq̃/ꝛ cõſimiles: vt q̃uis/licet/tametſi. Illud ṽbũ in participãs pulcre ꝯmutare licebit: omiſſis p̃dictis quãq̃ niſi. ꝛc̃. Et etiã aliqñ exp̃ſſis vt ſi dicã. Nõ credã tibi q̃q̃ iures. pulcrius. Nõ credã tibi iurãti: vel quanq̃ iurãti. Cicero. Et qm̃ tu (niſi ꝑfecta re) de me nunq̃ cõquieuiſti. Cicero.

¶De excluſione relatiui.

Verbum in participans tu cõmutare relati
Ornate poteris ſubtracto ſæpe relato.

¶Verbũ relatiuũ ſæpe in participiũ (omiſſo relatiuo) pulcre cõuerti põt: vt q̃ conſentiunt ꝛ q̃ agũt pari pœna punienter. Ornatius dicas. Conſentientes ꝛ agẽtes pari pœna punienter.

¶De excluſione dũ & quum &c.

Excluſis poſtq̃ dum quũ, genus id reliquiſq;
Hæc comitans verbũ vertas in participale.

¶Verbũ ſequens hæc poſtq̃/dũ/quũ. ꝛ id genus reliquũ: vt ſimul ac poſtubi/ vt et vbi ꝓ poſtq̃ ſumpta. Aliqñ in participiũ iſtis omiſſis ornate ꝯuerti põt: vt poſtq̃ cõfeceris negocya huc redito. ornatius. Cõfectis negocyis huc redito. Terenti. Id adueniens mecũ ſtomachabar. i. dũ aduenirem. Teren.

¶De conſtructione participiorũ.

Quũ nomẽ iunctũ/aut ꝓnomen participanti

A nihilo regitur, ſexto illud pone ſoluto.

¶Qñ nomen vel pronomen participio coniunctũ a nulla dictione regitur: cũ illud nomẽ vel pronomen in abltõ abſoluto poni debet: vt orto ſole apertus eſt dies. Et iſte abltũs a quibuſdã ſeptimus dr. A quibuſdã abltũs in deſignatione ↄſequẽtię vel ſequelæ: qr altera ratio poſt eã ſequi deſignatur: ſine qua ſenſus claudicat: vt orto ſole/nõ eſt plenus ſenſus/niſi addatur/apertus eſt dies: vel ſimile.

Nomen tu ſexto, aut pronomen pone ſoluto
Intellecto non expreſſo participante
Ens: quod nunc abolet, Priſco teſtante minori.

Priſcianus.
Uirgi.
Teren.

¶Nomen vel pronomẽ qñq; in abltõ abſoluto ponitur: qñ participiũ nõ exprimit ſed intelligit: et illud eſt participiũ huius verbi ſum: quod (authore Priſciano in minore) nũc antiquatũ eſt. Uirg. Te duce ſi qua manẽt ſceleris veſtigia noſtri. intelligitur ente. Teren. Me impulſore hoc non fecit. Idem. Quibus re ſalua et perdita proſum.

Cuncta gerundia, participantia, ſiue ſupina
Quos ſua verba regũt oẽs poſcũt ſibi caſus.
Poſterius ſtruitur paſſiui more ſupinum
Quanq̃ ex actiuo verbo deſcendere fertur.

¶Omnia gerundia/participantia/et ſupina oẽs caſus poſt ſe regere poſſunt: q̃s verba a quibus deducũtur præterq̃ poſterius ſupinũ: qd licet ab actiuo deſcẽdat paſſiui tamen conſtructionem ſequitur.

¶De aduerbiorum & interiectionũ conſtructione.

Temporis atq; loci ſic quãti aduerbia poſcũt
Subiungi pulcre caſum poſt ſe genitiuum.
Poſtridie pridie quarto des vel genitiuo.

Teren.
Idem
Cicero
Liuiꝰ.
Ualla

¶Aduerbia et interiectiones poſt ſe aliqñ caſus accipiũt: vt aduerbia q̃dã tpis loci et quantitatis q̃ gtm̃ regũt: vt nũc dierũ. Terẽ. Quoquo gentiũ aſportabit certum eſt proſequi. Idem. Nec ſatis cauſæ ad obiurgandũ. Pridie tamen et poſtridie actm̃ vel gtm̃ poſcunt. Cicero. in primo inuectiuarũ. Pridie kalẽdas Ianuarias. Liuius libro ſexto. Poſtridie idus. Ualla. Pridie illius diei/et pridie nonarũ decembrium.

Ducta a præpoſitis medij gradus et ſuperantis
Quartũ (vltra propriã ſtructurã) aduerbia poſcũt.

Cicero
Saluſtius.

¶Aduerbia comparatiui et ſuperlatiui gradus quę a præpoſitionibus veniunt (vltra cõparatiui ⁊ ſuperlatiui conſtructionem) ſeruiunt actm̃. Cicero ad octauiũ Caſtra propius vrbẽ mouerentur. Saluſtius in Iugur. Proxime hiſpaniã mauri ſunt.

Proximus et propius ternũ, quartũ ve repoſcunt
Vel quartũ ad præeunte, vel a cũ ſexto aliquando.

Uirg.
Saluſtius.
Cicero.
Liuius
Suetonius.

¶Propius et primꝰ regunt datiuum. Uirg. gæor. Aut quos Oceano propior gerit India lucos. Saluſtius. Proxima Carthagini loca. Interdũ actm̃. Cicero ad Octauiũ. Propius vrbem moueãtur. Idem ad Atticũ. Nihil eſſet neceſſe q̃ proxime italiam eſſe. Aliqñ actm̃ cũ ad/vel ablatiuum cum a. Liuius. j. Ducit exercitũ q̃ proxime ad hoſtem. Cicero. Ad eum propius adſum. Suetonius in Augu. Proximum a dijs immortalibus.

Ecce petit rectum. en nūc quartum/nūc quoq; rectū.
Quintum depoſcunt heus ah/ſic vah ſimul ohe.
Hem proh nūc quarto iungūtur nūc quoq; quinto.
Heu pulcre poſcit nunc rectū/nunc quoq; quartū.

Ecce ſoli ntō iūgitur. Uirg. Deus ecce deus. En ſiue indicet ſiue approbet ntō/aut accuſatiuo iūgitur. Quintilianus. En probitas. Iuuenalis. En habitū. Uirg. En quattuor aras. Heus/ah/vah et ohe vctō tantūmodo iūgūtur. Hem/proh/nunc accuſatiuo/nunc vocatiuo iungūtur. Terē. Proh deū fidem. Idē. Proh ſumme Iupiter. Idem. Hem ſcelera. Idem. Hem aſtutias. Heu nūc ntō/nūc actō iūgit̃. Uirg. Heu pietas. Teren. Heu me miſerum.

Uirg.
Quintilianus
Saluſtius.
Iuuenalis.
Terentius.
Idem.

Hei terno & recto. veh ſoli iungito terno.
O iungas recto/nūc quarto/nunc quoq; quinto.

¶Hei dtō/aliquando ntō iūgitur. Uirg. Hei mihi qualis erat. Terēti. Hei miſera. O autem nominatiuo/accuſatiuo/aut vocatiuo iungi poteſt. Cicero. O nox illa. Uirgilius. O regina nouam. Idem. O fortunatos nimium bona ſi ſua norint agricolas.

Uirg.
Terentius
Cicero.
Uirg.

¶De ordine conſtructionis.

Quinq; modis rectus conſtructuræ incipit ordo,
A quinto, aut terno, poſito vel ſub vice recti
Infinitiuo cum iuncto vel ſibi iunctis.
De imperſonali, ſiue obliquo ſibi nexo.
Ex ablatiuo caſu poſito ve ſolute.

¶Rectus ordo cōſtruendi qnqȝ modis incipitur. Primo a vctō: vt in illo Uirgiliano. Parce metu Cytherea. Scdo a ntō. vt apud eundem. Facilis deſcēſus auerni. Tertio ab infinitiuo mō cū adiūcto/vel adiūctis ſibi loco ntī poſito. vt in illo Sal. Ui patriam regere et parentes (qꝗꝗ et poſſis; tamē importunū eſt. Quarto modo a verbo imperſonali/vl' ex obliquo ſibi coniūcto. vt in illo Uirgiliano. Itur in antiquam ſyluam. Et apud eūdem. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. Quinto ab ablatiuo abſolute poſito: vt in illo euangelij. Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus.

Uirg.
Idem.
Saluſti⁹.
Uirgilius.
Idem.

Impediunt ne ſit ſtructuræ cōgruus ordo:
Hæc infinitum nomen, quærenſq; relatum/
Atq; negatiuum, ſic diſtribuenſq; prolepſis.

¶Rectus ordo cōſtruendi qnqȝ modis impeditur. Primo modo per nomen infinitum. vt Quemcunqȝ oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. Secundo modo per nomen interrogatiuum: vt quē quæris? Tertio per nomen relatiuū. vt in illo Uirgiliano. Trahit ſua quenqȝ voluptas. Quarto per nomē negatiuū. vt neminem video. Quinto per nomen diſtributiuū/vel per figuram prolepſim. vt puerorum: alij ſunt tardi ingenij/alij vero dociles.

Uirgilius

Conſtrue ſic. caſum ſi ſit præpone vocantem
Hinc rectum pones cū præcipuo ſibi verbo.
Poſt verbū ſubdes aduerbum nil mediante.
Quærens, ſiue negans, infinitum ve præibit.
Ordinis & quæuis coniunctio præpoſitiui/
Hinc ternum, & quartum, poſt rectorem genitiuū.

Pones hinc quartum / & ſextum cũ præpoſitiuo.
Antea cedenti cum iunctis ſubde relatum.

Hoc modo ordinãdæ ſunt partes orationis in ipſa oratione. Primo ponit̃ vctũs caſus. Inde ntũs cũ ſuo verbo præcipuo ſiue primario poſt verbũ aut participiũ ponetur immediate aduerbiũ: ſi tamẽ aduerbiũ ſit interrogatiuũ negatiuũ: vł infinitum ꝑponetur verbo. Siłr oĩs coniunctio ꝑpoſitiui ordinis: vt etſi / qr / donec. ⁊c̃. Deinde ponetur dtũs et actũs. gtũs autem dictionem illũ regentem ſubſequetur. Poſtea actũs ſiue abltũs cũ præpõne. Relatiuum autem cũ ſuis adiunctis ſuũ antecedens immediate cõſequetur.

Obliquo omne negans / necnon aduerbia quædam
Iſtud in aduerbum non / oppoſitumq; reſolues.
Quando negans recti eſt / id nunq̃ tuq; reſolues.

¶ Omne nomen negatiuũ obliquo poſitũ: ſiłr quædã aduerbia negatiua / iſtud aduerbium nõ / et ſuum oppoſitũ reſolui debẽt: vt nulli inuideo / nulli / pro non et vlli: ego non inuideo vlli. Nuſq̃ apparet. nuſq̃ pro nõ et vſq̃. ille non apparet vſq̃. ⁊ ſic de cæteris. Qñ tamẽ negatiuũ eſt nti caſus nuſq̃ reſolui debet. Horatius. Nemo contentus viuat.

Horatius.

Quum rectus ſequitur quintum caſum immediate
Qui ſpectant ad idem tu inter quintũ quoq; rectũ
Exiſtens nunq̃ ſiue ens / ſed qui eſq; ſubaudi.

¶ Quando nominatiuus vocatiuũ immediate ſequitur: qui ad idem pertinent / inter vctm̃ et ntm̃ nunq̃ ens aut exiſtens: ſed q̇ es ſubaudiri oportet: vt in illo Dauitico. Dñe dñs noſter. Sic conſtruitur. O dñe: ſubaudi / q̇ es dominus noſter. Nã ſi ſubaudiretur ens foret inconcinnitas. quia hoc participiũ ens ſimiles caſus cõnectit.

Propheta

FINIS.

Diſſipa gentes quæ bella volunt.
¶ Seneca.
Lauda parce. parcius vitupera.
¶ Cicero.
Ego neminem cõtemnendũ iudico, in quo eſt aliqua ſignificatio virtutis.
¶ Cice. in ꝓlogo tuſcu. Honos alit artes.
¶ Seneca de. iiij. virtu. Car.
Non te moueat dicẽtis authoritas, ſed qd dicatur attende

¶ Londini. in ædibus VVinandi VVordenſis
Chriſti ab incarnatione / anno. xxi. ſupra
ſeſquimilleſimũ, Men, Nouẽ,

W C
wynkyn de worde

W C
W C
wynkyn de worde
W C